

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Lcc. 3.
H. a. 186.

THEOLOGIA

PROFESSIO

VALENTINUS WILHELMUS

SECTUM SECTUM

1711

208

1711

DR. JO. HENRICUS

IN THEO. DOCT. TORIS

PROFESSIO

1711

1711

1711

1711

1711

1711

1711

1711

1711

1711



Q. D. B. V.

THEOLOGIA PROPHETICA

EX

VATIBUS XII. MINORIBUS
SECUNDUM SERIEM ARTICULORUM
FIDEI OMNIUM COLLECTA,

Quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI *Summe Reverendi, atque Excellentissimi,*

DN. JO. HENRICI MAJI,

SS. Theol. DOCTORIS. ejusdemque ut & LL. OO.

PROFESSORIS Ordin. Famigeratissimi, Facult. Theol. *h. t.* DECANI,

Ecclesiarumque Alsfeldensis & Marburgici Hasso - Darmstadini

Districūs SUPERINTENDENTIS Gravissimi, rei Stipendiariæ

Ephori ac Pædagogiarchæ Meritissimi,

*Domini Patroni, Præceptoris atq; Hospitis perpetuo vene-
rationis ac gratitudinis cultu prosequendi,*

In Illustri Academia LUDOVICIANA

Publico examini proponit

Ipsis Calendis Septembris, MDCC III.

BENEDICTUS HENRICUS THERING,

Colonienf. Marchic.

AUCTOR.

Giesſæ. Hassorum, Typis HENNINGI MÜLLERI.

*Per-Illustri, Generosissimo atque Excellen-
tissimo Domino,*

DOMINO

DANIELI LUDOLPHO
à **DANKELMANN,**

S. Reg. Majest. Borussiae Ministro ac
Consiliario Status & Rerum Bellicarum
intimo, earumque Quæstore & Com-
missario Generali meritisimo,

VIRO

Fide, Prudentia & Constantia spectatissimo,

Suo, Suorumque Patrono Exoptatissimo,

Hos

Theologiæ Propheticae primitias

humillimè offert

BENED. HENR. THERING.

Theologiæ Studiosus Halæ-Saxonum quondam,
nunc Gießæ.

Per Illustrissimum Generosissimum ac Reuerentissimum

Principum Dominum

DOMINO

DANIELI LUDOLPHO

et DANIKEL MANN

Regis Majestatis Borussiae Ministro ac

Consilio status & Rerum Bellicarum

intere est utique Gestore & Com-

missario Generalissimo

VIRI

Illustres & Constantissimi

Virorum Illustrissimorum

et Reuerentissimorum

Principum ac

Prætorum

et

Prætorum

et

Prætorum

et

Prætorum

et





BENEVOLO LECTORI
SALUTEM!



Quando D. Petri verba, quibus *firmiorem sermonem Propheticum* nobis commendat & *intentos* nos in eum esse, jubet, *tanquam in lucernam, obscuro in loco lucentem, donec dies illucescat & lucifer in nostris cordibus oriatur*, pro eo ac debeo, diu multumque in timore Domini expendo: non possum non, quin & ipse *πᾶσαν προφητείαν γραφῆς* quam diligentissime legem mediterque & discipulos meos ab ineunte ætate usque ad ejus finem, omni nisu animique contentione adevolvenda sacra ista volumina excitem & cohorter; cum vitam æternam in iis habeamus & testimonia de Salutis nostræ Autore
atque

atque Consummatore ubivis fere reperiamus & discere abunde satis queamus, quomodo ad Eum veniamus. Eo nomine auctor quibusdam perfectum Theologicorum specimen, more Academico, edere volentibus, exiti, ut vires in vatam scriptis periclitarentur, indeque Capita Doctrinae Christianae colligerent. Ita diversis temporibus prodire *Theologia Davidis & Theologia Jeremiae*: nuncque lucem publicam Δωδεκαπρόφητων sive *Theologia Prophetica ex Duodecim Vatribus minoribus* secundum seriem Religionis Christianae Caput, si non omnium, certe plurimorum ac praecipuorum à Doctissimo Junene Domino BENEDICTO HENRICO THERINGIO, Colonienfi Marchico, Pl. Reverendi Domini LUCÆ HENRICI THERINGII, Archidiaconi Petri Colonienfis & Senioris Ministerii Filio, diligenter inductrieque meo ductu ac hortatu collecta & à me, quantum licuit, revisa, emendata & subinde inter corrigendi laborem aucta atque illustrata. Hujusmodi conatus studiosae Juventutis, apud Viros Doctos haut dubia laudem commendationemque merebuntur; quia utilitate non destituuntur certiores nos reddere possunt de veritate effati Petri, quod *omnes vates JESU CHRISTI testimonium dent, esse*

esse, per cuius nomen peccatorum veniam consequantur, quicumque in eum credant. Cumque, quod *Sebast. Munsterus* de *ספר תרי* five XII. Vatibus ex vero scripsit, in omnibus eis unum illud precipuum inveniatur argumentum, quod cupiant Christi regnum propagare & ampliare, etiam si alii alius id agant rationibus; hoc brevi tabella monstrare, vel digito indice innuere, pulchrum, vel non ingratum erit. Tametsi enim majorem laudem haud abs re obtineat, & majoris etiam difficiliorisque molitionis opus sit, si quis justo Commentario Vates enodet & explicet: tamen partem laudis aliquam consequetur, qui in facilioribus & clarioribus operam collocat, & Christianæ Religionis veritatem contra ejusdem hostes infensissimos, quales Judæi sunt, liquidò demonstrat. In serviet saltem isthæc opella Tyronibus, assuetis referre quæ legunt in Scriptura S. ad certas classes Locosve cōmunes, ut promere inde ac in numerato habere queant, si de uno alterove capite Religionis differendum dicendumve fuerit. Est quidem *Compendiorum* & *Systematum Theologicorum* tatis magnus numerus, ut de eo minuendo potius quàm augendo cogitandum esset; ne, quod fieri vulgò solet, in istiusmodi


usmodi libellis hæreant Studiosi, sed ipsas Scripturas sacras omnes, non Novi tantum sed Veteris etiam Testamenti voluminibus comprehensas, attentè legant & devotè scrutentur: sed tamen neque hoc diffiteri possumus, dicta vel oracula, è quibus probanda asserendaque est doctrina Christiana, è solis ferè Novi Instrumenti libris depromta vulgò esse. Unde sæpè, quod & mihi usu venisse olim, ingenuè fateor, ἀσήμενοι καὶ ἀμαθεῖς, aut non satis in Prophetis scriptis versati, dubitant, an è Veteris Testamenti Codice probari solidè dilucidèque queant dogmata in Novo Testamento luce meridianâ clariora. Omnem dubitandi causam præscindunt auferentque tales labores in Prophetas impensè, à Theologiæ consecraneis, qui alios simul allicient, ut aliquid etiam temporis tribuant sanctissimorum Vatum voluminibus evolvendis; cum videant, non tantam in iis esse obscuritatem, quantam præoccupata mens conceperat. Nam quando Petrus sermonem Propheticum *lucernam* vocat, *in obscuro loco lucentem*, tenebræ mentis facile dissipabuntur, si Lectores seriis precibus expectant à Patre Luminum Spiritûs S. lucem: si diligentiam debitam in eum attendant: si analogiam fidei teneant: si totam Oeconomiam Salutis & Gubernatio-

natio-

nationis divinæ addiscere studeant, ac, si quæ alia sunt sive media, sive subsidia eò spectantia, ritè adhibeant. Atque illuc ego, Deò cœpta secundante, enitor, ut, quod reliquum vitæ mihi concessum fuerit temporis, sacro Codici exponendo unicè consecrem, & quæ orsus sum opera, *Harmoniam* cum primis & *Theologiam Evangelicam*, *Oeconomiam* item *Temporum*, inde à condito mundo usque ad consummationem Seculorum deductam, ad finem perducam. Utinam me præeuntem strenuè sequerentur Auditores, studiumque meum excitarent magis, & verba cedro digna *Augustini* ad *Volusianum* animis infixæ haberent! *Tanta est*, inquit, *Christianarum profunditas literarum*, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte ætate usq; ad decrepitam senectutem, maximò otio, summò studio, meliore ingenio conarer addiscere; non quod ad ea, quæ necessaria sunt salutì, tantà perveniat difficultate: sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua piè rectèque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis cooperta intelligenda proficientibus restant, tantaque, non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissi-

acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: cum consumaverit homo, tunc incipit. Utinam B. D. Gejeri vestigiis insisterent, & cum eo dicere quique confidenter possent: Nosti, Pater benignissime! quam ardens semper solus verbi tui in me à teneris succreverit dilectio; adeò ut omnia, quæ non erant tuum verbum, nec aliquo ad illud modo me ducebant, fastidiverim semper, utut subtilia alioquin aut amœna. Nosti & hoc, ò SALUS MEA! quàm anhelaverit, & quam unice mens mea fuerit sedata, quando Verba tua, quæ ex ore calamoque tuorum Prophetarum novam immediate emanasse, cœpi intelligere citra alterius lingua internuncium, quando labii sancti gustare potui delicias absque in crastamentis alienis, unumque ab altero dignoscere sepositis versionum conspici illis prioribus, colore non raro deceptorio nimium infectis. Sic namque presentes mihi fingebam graviterque detomantes tuos serenos; sic meras mellis atque favi dulcedines percipiebam, cum pedetentim veneranda magis assuescerem idiomatis tui Majestati. In his votis desino, & ut ea impleantur, DEUM T. O. M. enixissime oro rogoque.

PRO.



PROLEGOMENA
 De
 THEOLOGIA
 PROPHETICA

in genere.

§. I.



Prophetas duodecim Minores, nil quicquam auctoritate cedere Majoribus, sed scriptorum brevitate ab his solum ita distingui, notum satis est. Quapropter, cum in iis etiam habeamus firmiorem sermonem Propheticum, cui tuto inniti possumus ac debemus, quasi columnis & firmamentis quibusdam

Firmior Propheticus sermo est in XII, Prophetis minoribus, qui majoribus non cedunt auctoritate,

Ecclesiae verae, 1. Tim. III, 15. bene facimus, quod iis attendamus, tanquam lucernae lucenti in loco caliginoso; quia non humana voluntate allata unquam est Prophetia, sed à Spiritu S. acti locuti sunt sancti illi Dei homines, quos Prophetas vocamus, 2. Petr. I, 19. 21. quod in nostros quoque Vates quadrat.

§. II. Tametsi vero non omnes XII. Prophetarum Minores, sed tres duntaxat, *Habacuc*, *Haggai*, & *Zacharias*, Prophetarum nomen praeserant, reliquos omnes tamen Prophetas esse, dubitari nequit; quia omnia ea habent quae Prophetis competunt, futura praedicunt,

cum habeant omnia Vatum requiritur;

A

de

de Christo testantur &c. Huc pertinet generale effatum Am offi
 III. 7. *Non facit Dominus Deus quicquam, nisi revelaveris arcanum
 suum servis suis Prophetis.* Conf. Jerem. XXIII, 18. 21. 22. 28.
 Hinc manifestum est, Prophetam voluntatis divinæ esse interpre-
 tem, quam ex Dei Spiritu intus loquente & singulari ratione reve-
 lante hausit, ut aliis renunciet, eosque doceat, refellat, erudiat, casti-
 get, & confoletur, quemadmodum ex Prophetarum lectione liquet.
 Hoc, cum uno volumine XII. Vates comprehensi faciant, & nomen
 & auctoritatem Prophetarum jure merebuntur.

ficet gra-
 du & or-
 dine alii
 alii ce-
 dant:

§. III. Quæ de gradibus Prophetarum diversis, de stylo, aliis-
 que ad argumentum hoc enucleandum pertinent, non tangimus, quia
 nec instituto nostro inserviunt & à viris eruditissimis prolixè pertractata
 sunt, ut 70. *Schmido* in proleg. ad Prophet. Min. G. *Dorsch.* præm.
 Part. II. Th. Zach. & *Herm. Witsso* Libro 1. Miscellan. *Ordinem* etiam
 Vatum nostrorum, quem in S. Codice habent, prætereo; ille enim
 minime secundum seriem temporis dispositus est, prout vel ex assigna-
 tione illius à nonnullis expressa, ab aliis autem omissa, sed è Chrono-
 logia facile petenda, elucet. Nobis sufficit, quod Deus πολυμερῶς ἔ-
 πολυτρόπως (Ebr. I, 1.) locutus sit per os τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος
 προφητῶν αὐτοῦ, Luc. I, 70 ut de ipsius voluntate & salutis nostræ ra-
 tione edocti, & tot testimoniis confirmati, certam gratiæ & beati-
 tudinis per Messiam recuperandæ spem fidei ac vitæ normam infal-
 libilem, & denique factorum Ecclesiæ, atque adeo Oeconomix divinæ
 cognitionem haberemus.

Unde reli-
 giosis
 (hist.
 & Theolo-
 gia vera
 principium
 sunt.

§. IV. Hinc efficitur, verbum Propheticum merito Christianæ
 religionis & omnis veræ Theologiæ principium appellari ac statui debe-
 re, cum in Prophetis de gratia ad nos ventura vaticinantibus spiritus
 Christi fuerit, prætestificans cum passionibus tum glorias Christo eventur-
 ras. 1. Pet. I. 10. 11. conf. Act. 10, 43. & 27, 22. Unde Petrus ait, nos
firmiorem sermonem Propheticum habere, ad quem attendere fas ac
 utile sit, tanquam ad principium firmissimum & regulam certissi-
 mam, 2. Epist. I, 19. s. quod Prophetæ ipsi uno ore formula usitatâ
 indicant: *Verbum Domini, quod fuit ad Hosciam, Joëlem Jonam &c.*
 Nullum hic discrimen est inter Prophetas Majores & Minores, quia
 πάντα προφητεία γὰρ ἦν non est ἰδίας Φορῆς, nec ἐπιλόσεως; maxi-
 mum autem inter veros & falsos, quorum hi omnes excluduntur;
 licet

Quomodo
 à falsis di-
 stinguantur?

licet enim responsis, gestibus, & habitu veros affectarint, Zach. XIII, 4. (conf. Matth. 7, 15.) falsitatis tamen & erroris facile convicti sunt, Hof. IX, 8. Zach. XIII, 3. Tametsi igitur Prophetæ vocentur, etiam absolute, id tamen sit vel *μυητικῶς*, quia pro iisdem se venditabant. Hof. IV, 5. VI, 5. Mich. III, 6. 11. Zach. I, 5. XIII, 2. vel cum adjectione diminvente, *Propheta stulti, dementati, viri ventosi*, Hof. IX, 7. *insidiantes* Mich. II, 11. *in errorem inducentes*, III, 5. *leves, mendaces*, Sophon. III, 4. *virī somniorum*, Zach. X, 2. *spiritus immundi*. XIII, 2. quorum pœna exprimitur Mich. III, 6. 7. Quæ cum veri Prophetæ de falsis revelarint, eo cum primis nomine id fecisse illos censerī debet, ne omni spiritui fides adhibeatur improvide, sed ut probe spiritus probentur, an ex Deo sint ac loquantur; quia omni tempore falsi Prophetæ in mundum exierunt. 1. Joh. 4, 1.

§. V. Interim non negamus, inter veros Prophetas immedia-
 diatæ *revelationis modos varios* fuisse, quibus Deus suam voluntatem
 patefecit, nunc per *Visiones*, vigilantibus quidem interdum, sed
 tamen in *ὕπνῳ* constitutis, oblatas, ut exteriorum sensuum opera-
 tio ad tempus cessaret, anima vero extra corpus quasi raptā videre-
 tur, Zach. IV, 1. ff. quales obtigerunt plurimis. Am. I, 1. VII, 1. 4.
 7. VIII, 1. IX, 1. Obad. I, 1. Mich. I, 1. Nach. I, 1. Hab. I, 1. Zach. I, 8.
 Hæ visiones rebus & verbis æquipollent, siquidem Deus non tan-
 tum verbis, sed etiam rebus & visionibus loquitur, sicut v. g. Zach.
 I. c. in sequentibus ipsæ res in visione oblatae declarantur. v. 8. ff. II,
 1. 5. III, 1. V, 1. 9. VI, 1. quare titulo *videntium* Prophetæ nonnun-
 quam insigniuntur, Mich. III, 7. Zach. X, 2. modo per *somnia*, non
 naturalia sed supernaturalia, Joël. III, 1. modo per *alloquium*
 Hof. I, 1. 2. Joël. I, 1. Jon. III, 2. Sophon. I, 1. Hagg. I, 1. II, 2. 11. 2. 1.
 Zach. I, 1. 6. IV, 8. VI, 8. 9. VII, 4. 8. VIII, 1. 8. Alios modos lubens
 prætereo, aliis observatos. Id solum dicam, tot tantosque pate-
 factionis modos pertinere & spectare ad immotam sermonis Prophe-
 tici ἀσφάλειαν & firmitatem, quam in Scriptura S. habemus, de qua
 nunc primo loco dicturi sumus.

Revelatio-
 nis varii
 modi quo
 spectent?

LOCUS I.

De

SCRIPTURA PROPHETICA.

§. I.

Etymologia.

Prophetia Scriptura s. scriptura Prophetica à formali externo s. ipsa scriptione dicitur, Hof. VIII, 12. Habac II, 2. hoc ipso tamen nomine etiam opus scribendo perfectum designatur; huc pertinent quoque *tabula*, Hab. II, 2. *Volumen libri* h. e. volumen ad scribendum Zach. V, 1. 2.

Synonymia.

§. II. Diversæ sunt Scripturæ S. appellationes: (a) *Dictum Domini*, Hof. II, 15. 18. XI, 11. &c. (b) *Verbum Domini*, Hof. I, 1. IV, 1. Joël. I, 1. Am. IIX, 11. 12. Mich. I, 1. Hagg. I, 1. II, 1. 11. Sophon. I, 1. (c) *scientia*, ab effectu sic dicta, Hof. IV, 5. Mal. II, 7. (d) *Lex Dei*, Hof. IV, 6. Zach. VII, 12. Mal. II, 7. (e) *Lex veritatis*, Mal. II, 6. (f) *Verba Dei*, Zach. I, 6. (g) *Verba oris Domini*, Hof. VI, 5. (h) *Verbum pacti*, Hagg. II, 5. (i) *Via Domini*, Hof. XIV. 10. Zach. III, 7. (k) *Secretum Domini*, Am. III, 7. (l) *Vox febova*, Hagg. I, 12. Zach. VII, 14. (m) *Statuta Dei*, Zach. I, 6. Mal. III, 7. (n) *precepta*, Mal. II, 4. (o) *observatio* III, 14. (p) *fœdus vite & pacis*, Mal. II, 5. (q) *מקרא* *Makra*, quæ vox ex Hab. II, 2. facile eruitur: Judæi Scripturam vulgo sic appellant, q. d. *Lectura*.

Causa Efficacis. SS. Trinitas.

§. III. Summum Scripturæ Auctorem esse Deum, probatur (1) ex solenni illa Prophetarum formula, *Dictum Domini*, vel *dicit Dominus*. (2) ex interno ad scriptionem impulsu, s. Θεοπνευσία, quæ nihil aliud est, quam interior Dei locutio, quam arguit indicatque verbum דבר cum ב constructum. Hof. I, 2. Hab. II, 1. Zach. I, 9. 13. 14. II, 2. 7. IV, 1. 4. 5. V, 5. 10. VI, 4. (3) Ex divino externo mandato scribendi, Hab. II, 2. Quicumque igitur Verba Prophetarum audit, legitve, ipsum se Deum audire cogitet, eique obtemperet. Christo etiam Angelo increato, auctoritas Script. vindicatur, in locis Zachar. semel iterumque citatis; quando insignis cujusdam Angeli (המלאך) quem Filium Dei esse, alibi probatur, loquentis in Propheta mentio ibi fit. Spiritus a. Sancto appropriative Θεοπνευσία tribuitur, utpote quo

quo acti agitatique locuti sunt & scripserunt sancti Dei homines, sive Prophetæ, Mich. III, 8 quod etiam Zach. VII, 12. clare his verbis indicat: *Verba quæ misit Dominus exercituum in Spiritu suo sancto.* Hæc autem non de locutione solum, sed scriptione quoque intelligenda esse, liquet, Hof. VIII, 2. ubi Deus scriptiorem legis Moïsi sibi tribuit.

§. IV. Omnes itaque Vates non proprio motu, sed Deo Ministerialis. T. O. M. motore, auctore & Doctore locuti sunt, Am. III, 8. atque scripserunt, inò per eos Deus ipse locutus est; hinc Hof. XII, 11. dicit: *Per manum Prophetarum propono similitudines.* Notandus hic ille Hebraismus, quo manus omnis locutio dicitur, qua aliquid efficaciter præcipitur. Hagg. I, 1. 3. II, 1. 10. Zach. VII, 7. 12. Mal. I, 1. vid. *Tarnov.* ad Hag. l. c. Ministros ergo & instrumenta Dei electa fuisse Prophetas, ex ejusmodi formulis colligitur; hincque vocantur *Servi Dei*, Am. III, 7. Zach. I, 6. Mal. III, 22. *Legati Dei*, Hagg. I, 13. Quapropter verba ex ore Prophetarum audire jubet Deus, & olim Zach. VIII, 9. & hodie, Luc. 16, 29. *Habent Prophetas, eos audiant.*

§. V. Quomodo vero in hoc ministerii genere sese habuerint Prophetæ, & num quicquam de suo vel pro arbitrio dixerint fecerintque, hinc facile colligitur. Cum enim *manus & os Dei* fuerint, nil vel fecerunt, vel dixerunt, ac ne verbum quidem ullum, in *ελλαμψεως* immediatæ actu, quòd illis Deus non *suggesserit*. Unde non solum sententiæ & res, sed & verba singula, & verborum ordo totaque dispositio à Deo est. Nec obstat *styli* in Prophetis *diversitas*, quæ ex admiranda Spiritus S. *καταβάσει* orta, dum afflatus suos ad ingenium Prophetarum, hominum mores & res temperavit; idem tamen Spiritus per omnes & in omnibus loquebatur, ac nominatim in *Amoso*, qui humili dicendi genere & simplicibus verbis usus est: Majestatis tamen auctoritatisque divinæ rationem simul habuit, & vel formulis consuetis, *dictum vel verbum Domini quod factum est* &c. eam expressit. vid. Max. Rev. D. Præf. Diss. de Inspir. libr. Sacr. §. IV. Quia Hebræi fuerunt Prophetæ ex Hebræis, Hebraice quoque scripserunt omnes XII, qui ante & post captivitatem Babylonicam vixerunt. In hac ergo lingua eorum scriptura tantum est authentica. *Dorsch.* Th. Zach. P. II. p. 12.

Materia
circa quam
seu Obje-
ctum.

§. VI. Argumentum, circa quod libri Prophetici occupantur, generatim esse *facienda & credenda*, dici potest. Nam utraque diligenter inculcant, & ea negligentes severè redarguunt, ac nihil non faciunt, quod utile est *πρὸς διδασκαλίαν; πρὸς ἐλεγχόν* &c. 2. Tim. III. 16. Mich. III. 8. Tametsi enim quidam Vates speciale argumentum habeant, ut *Jonas & Nahum* Niniven, *Obadias* Edom; in generali tamen scopo omnes conveniunt, comminationibus promissiones miscent, docent, refutant, castigant, consolantur, sicque Legem & Evangelium tractant, & de Christo præsertim testantur, ut ex L. de Christo patebit. Cum igitur Vates divinæ voluntatis, s. legalis ea s. Evangelica esset, interpretes fuerint, ita locuti sunt & loqui debuerunt, ut quisque eos vel audiens vel legens intelligere atque verum sensum assequi potuerit, si modo illud monitum Christi *ὁ ἀναγινώσκων νοεῖτω* Matth. 24, 15. attenderit, *ἰδίαν ἐπίλυσιν* insuper, Spiritum S. autem hodegetam habuerit, eum sequi & voluntatem Dei facere voluerit, Joh. VII. 17. Luc. 16, 29. Firmus & clarus est sermo Propheticus, 2. Petr. I, 19. ergo facile intelligibilis. Idem ex fine descriptionis Prophetiæ valide efficitur.

Finis.

§. VIII. Etenim id sibi omnes (α) propositum habuerunt, ut populum in vera Dei & salutis per Messiam obtinendæ, ratione, instituerent, quemadmodum ex omnibus Locis sequentibus constabit. (β) Hinc Idololatriam omnem, pravum cultum, opus operatum severe redarguerunt, quod inprimis *Hoseas* copiose fecit, & unus instar omnium esse potest. (γ) Corruptos mores & omnem *ἀσέθειαν* exprobrarunt atque castigarunt, in quo toti fere fuerunt *Amos & Michas*. (δ) Ex adverso autem ad vitam sanctam, Legi conformem sedulo hortati sunt; unde *Malachias* Legem Moysi studiose inculcavit, circa finem suæ Prophetiæ, *Memoré*, inquires, *Legis Moysi*. (ε) Nec solatia eorum capacibus denegarunt. Eo promissiones pertinent, quas subinde comminationibus immiscuerunt & animos ad Messiæ adventum ejusque beneficia excitarunt, ut *Haggæus, Zacharias & Malachias* præ reliquis fecerunt.

Affectio-
nes primar.
1. Autori-
tas, quæ
elucet
„ ex effe-
ctibus div.

§. IIX. Atque hi ipsi effectus divini in sermone Prophetico, nempe efficax institutio, in doctrina cœlesti salvifica & vita sancta, refutatio solida errorum & correctio impiorum morum, consolatio denique cordialis, ut sic dicam, satis superque sive arguunt, sive probant

probant I. *divinam* ejus *auctoritatem* qua hominum etiam refractario-
rum, quales Judæi erant, animos in sui assensum indubitatum & ob-
sequium promptum trahere potuit & sæpe convicit. Eamque præ se
fert formula semel iterumque memorata: *dixit Dominus, & facta ver-*
bum Domini &c. Nec ullum aliud testimonium conciliandæ auto-
ritatis causa Vates adducunt, quam hoc. Unde summum & sufficiens
erit. Deas ab hominibus testimonium non sumit, ut divinitatem verbi
sui persuadeat. Hic valet illud *יהי כבודי*, vel, ut est apud Mich IV, 4.
Os Domini exercituum locutum est: *אמר דעל פה*. Id sentiunt, qui per spi-
ritum S. admittunt. Idem enim Spiritus qui *præstatum est*, (*vorge-*
zeuget) in *Prophetis*, 1. Petr. I, 10. post testatur, *mus nachzeugen*
quod Spiritus ille in iis loquens, veritas sit. 1. Joh. V, 6. Fides divi-
na adit necesse est, quæ Divinitatem Scripturæ credimus. At un-
de illa nisi à Spiritu S. efficietur? Huc pertinet *promissio Spiritus*,
Joël. III, 1. & vis Spiritus S. scripturæ insita. Taceo loca Novi Test.
ubi XII. Vates allegantur, cum ea brevitatis nostra non capiat, & colli-
gi facile possint ex parallelismo vel in German. Lutheri Bibliis indicato,
ac demum subinde infra citentur. Accedunt deinceps alia etiam
testimonia non parvi facienda, ut sunt *mysteriorum supracælestium in*
omnibus Prophetis *effulgentium veritas, & vaticiniorum infallibilis*
certitudo, ipso eventu partim demonstrata, ceu ex Art. de Christo
patebit, partim suis temporibus adimplenda, quia os Domini dixit,
qui non mutatur, nec mutat quod prædixit, Mal. III, 6. *Viso ad constitu-*
um tempus implebitur, quando Deus suo termino effabitur, & ad finem,
dum eventus ipse declarabit, *neque menietur.* &c. Hab. II, 3. Huc &
Harmonia singularis spectat, ob quam omnium Prophetarum quasi
unum os & omnis Scriptura unus liber est. Nec incommode uno
inclusi volumine sunt XII. Vates, quia unum locuti sunt, unum sco-
pum habent. Ad sunt quoque *externa Testimonia*, utpote, *Ecclesie*, I.
Judaica testificatio, quæ XII. Vatum scripta semper tanquam divina
recepit, quam Christus & Apostoli allegationibus suis confirmant.
2. *conservatio miraculosa* sub captivitate Babylonica, licet quædam
per brevia sint & facile amitti poterint, nisi divina providentia ad-
vigilasset, & inter veritatis hostes conservasset. II. *Veritatem* in omni-
bus atque singulis, cum cuncta Deum habeant Autorem, fallere & falli
nescium, utpote immutabilem, Mal. III, 6. III. *Perfectio & sufficien-*
tia

β. ex ipsius
Scripturæ
testimo-
nio,

& Spiritus
S. interiori,

γ. è myste-
riorum &
vaticinio-
rum verita-
te ac certi-
tudine.

δ. ex harmo-
nia singu-
lari.
ε. è testi-
mon. ex-
ternis,

2. veritas.

3. Perfectio

- ia Theologiae Propheticae ex haecenus allatis etiam valide colligitur. Cum enim Vates divinae voluntatis interpretes fuerint, nullum dubium est, quin eam plene perfecteque tradiderint, ac usus omnes, fines ac effectus salutares, quos Paulus 2. Tim. III, 16. universae Scripturae S. & nominatim Veteris Test. libris adscribit, è Prophetis nostris hauriri queant. Paulus etiam Act. 26, 22, dicens, *se mi dixisse prater ea quae Propheta locuti sunt*, perfectionem Scripturae Propheticae agnoscit & testatur. Nullum *traditionibus* locum esse, hinc patet, quia ad eas nunquam, sed potius ad legem Moisi Judaeos remittunt, Mal. III, 22. Am. II, 4. traditiones *mendacia* vocantur. IV. *Claras* luminis Prophetici à Petro asserta 2. Ep. I, 19. nostris quoque Vatribus denegari nequit: eaque indicatur Hof. XIV, 10. *Quis sapiens, & intelliget haec? prudens & cognoscat ea? Hab. III, 2. scribe visionem perspicue in istis tabulis, ut percurret, quisquis eam lecturus est.* Tametsi igitur nonnulla quoque, imò multa, obscura & aenigmatica sint, plurima tamen alia sunt clarissima; ac illa etiam tantum perspicuitatis habent, quantum natura revelationum & scopus Domini postulat. V. Ex iisdem documentis & locis similiter *infallibilis semet ipsam interpretandi facultas* eruitur. Non alio sensu Novi Test. scriptores oracula prophetica adduxerunt, quam quem ipsa perspicue & sponte praefereunt. v.g. conf. Hab. II, 4. cum Rom. I, 17. Gal. 3. 11. Hebr. 10. 38. Zach. IX, 9. Matth. 21, 4. f. *Sensu literalis* obvius est, è naturali vocum significatione, scopo, antecedentibus, consequentibus, aliisque mediis colligendus, oratione & meditatione eliciendus, quò Hof. XIV, 10. respicit. Quem quidam mysticum sensum Hof. XI, 1. faciunt. alii literalem putant, ut *Calov.* Bibl. illust. h. l. VI Ad verbum Dei sedulo auscultandum & ambulandum in lege tanquam Canone (Gal. 6. 6.) omnes à Deo per Prophetas excitantur; huc pertinent formulae obviae: *Audite hoc, audite verbum Domini*, Hof. IV, 1. V. 1. Joël. I. 2. Am. III. 1. IV. 1. V. 1. &c. Egregius, locus est Hof. XIV, 10. *recta sunt via Domini, & iusti ambulant in iis, cui respondet Mich. IV, 2. docebit nos vias suas, ut in semitis ejus ambulemus.* VII. Eadem scriptura Prophet. Scripitis S. *judicarium* suum officium apud Ecclesiam Jud. exercuit, Amos. I, 2. ff. Mich. 1. 2. VI. 1. 2. Zeph. I, 2. ff. Zach. I, 3. 4. VII. 1. 2. VIII. *Efficacia* verbi Prophetici ex effectis divinis, subinde etiam memoratis, ut conversione, illuminatione &c. efficaciter efficitur. Suffecerit adduxisse

4. Claritas.

5. Interpretatio.

6. Normandivis.

7. potestas
judiciaria.
8. Efficacia.

duxisse locum Zach. I. 6. & exemplum Ninivitarum, ad concionem Jonæ statim converforum, Jon. III. 5. seqq. Ideò quoque in Novo Testamento Judæi passim remittuntur ad Mosen & Prophetas, ut eos audiant, indeque instruuntur & convertantur, Joh. V. 39. Luc. XVI. 29. Quo ipso ostenditur, Scripturam Propheticam esse efficacium medium conversionis & salutis. Hinc audientes Judæi ex ore Petri vaticinia de Christo, Joël. II. & Ps. XVI. compuncti fuerunt corde & ad penitentiam fidemque in Christum traducti, Actor. II. 37. 41. Insignis locus est Mich. II, 7. *nonne verba mea bona vel profutura sunt, ad salutem, apud eum, qui rectè ambulat? Qui sane effectus verbi salutaris est, à Deo per se intentus. Per accidens autem nocet verbum reprobantibus, & damnat. Occidam eos, inquit Deus de falsis Prophetis, Hof. VI. 5. verbis oris mei efficacibus. Prævaricatores offendamur vis Domini & corruum, Hof. XIV. 10.*

§. IX Quod ad secundarias adfectiones attinet, ex etiam nullo labore ex *Δωδεκαπρόφητα* eruuntur, utpote I. *Integritas*. Integra quippe in captivitate Babylonica scripta Vatum omnia servata esse, ex Neh. VIII, 3. 4. 6. 9. constat, ubi Esdras Legem attulit, legit, non de novo condidit, ut Veterum multi perperam statuerunt. Obstant etiam interitui S. Codicis in conflagratione urbis Hieros. *Targumim*, quæ originem in Chaldæa habuerunt, & ex fontibus superstitibus concinnata sunt. II. *Fontium puritas* in aperto est, eamque quoad nostros etiam Prophetas satis asseruit & vindicavit *Glassius* in Philol. S. L. 1. Tract. 1. Quod vero III. omnium oculis exposita sint oracula Prophetica, legique non tantum potuerint sed etiam debuerint, inter alia ex fine scriptionis liquet, & ex Hagg. II, 2. probatur, ubi Deus visionem perspicue exarari in tabulis jubet, *ut percurrat omnis eam legens*. In publico loco affigebantur, velut programmata. *Quæcunque enim* *משפחה* in V. T. ad nostram doctrinam prescripta sunt, Rom. 15, 4. conf. Chemnit. Ex. Concil. Trid. p. 58. edit. 8. Huc refer Dei vocem ac mentem, Hof. VIII, 12. *scripsi illi (Israëli) magnalia legis mee, ut legerent, familiaria sibi ea redderent, & servarent; sed velut peregrinum quid reputata sunt. Exferit se ista communicabilitas per versionem Chaldaicam & Græcam.*

Adfect. secundaria.
1. Integritas

2. Puritas.

3. Communicabilitas.

B

LOCUS

LOCUS II.

De

DEO UNO ET TRINO.

§. I.

Cognosci-
tur Deus.

I. ex nomi-
nibus Ef-
fentialibus.
יהוה

Cognitionem veram vivamque veri ac vivi DEI Prophetæ diligenter ac frequenter inculcarunt; idololatriam vero & falsum cultum omnem extirpare conati sunt. Eo nomine & DEI veri nomina, quibus à falsis Diis distinguitur & agnoscitur, sedulo inculcarunt atque usurparunt, & attributa, opera cultumque, Deo propria, memorarunt. Inter Dei nomina eminet (I.) nomen יהוה essentialiale & proprium haud abs re dictum; hoc enim a) Deus sibi uni & soli vendicat, Hof. XII. 6. Joël II, 27. b) discernitur eodem à quibusvis aliis fictitiis Diis, Idolis & creaturis, Hof. XI, 9. XIII. 4. Am. V, 8. IX, 6. Mich. IV, 55. c) Reperitur hoc nomen vel solum, in innumeris fere locis, vel cum nomine *Zebaoth* conjunctum, quod tamen nomen Dei non est: nec *Jehova* in regimine ponitur, sed in ejusmodi nexu nomen יהוה subintelligendum est, ut sæpe explicite ponitur Hof. XII, 6. Am. III, 13. IV, 13. V, 14. 15. 16. 27. VI, 14. Tantum vero est hoc nomen *Jehova*, ut ejus vis exprimi satis nequeat, ac propterea ineffabile dictam est. Nam non tantum essentiam divinam summam & eminenti quadam ratione supra omnem temporis, loci, materiæ, & cujusvis alterius imperfectionis conditionem positam, sed etiam cuncta fere attributa divina innuit, prout Dn. D. Präses in Dissert. Sacr. L. II, cap. II. fusius ostendit. Quare qui Theologiam nominalem recte intelligit, ille etiam realem novit, ut bene *Cheeminus* L. de Deo scripserit p. 27. notitiam Dei in hac vita vocari *nomen Dei*: vide inter loca plurima Joël. III. 5. Mich. IV, 5. Zephan. III, 10. Huic nomini *Jehova* (II) jungo aliud, itidem incommunicabile dictum ac soli Deo proprium, יהוה *Adonai* per *emetz*, Am. III, 7. 8. II, 13. IV, 2. 5. V, 3. 16. VI, 8. VII 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. IX, 1. 3. 9. 11. IX, 1. 5. 8. Obad. I, 1. Mich. I, 2. Hab. III, 19. Zach. IX, 4. 14. Malach. I, 14. quod ab יהוה basi deductum, significat Deum esse causam *υποστασης*, *υποστασης* & *δολας* omnium rerum, cujus periphrasis est Actor. 17.

28. (III) אל El de Deo vero ac vivo propriè adhibetur, ipsamque Dei Essentiam indicat, Hof. II, 1. XI, 9. XII, 1. (IV) Nomen אלהים cuius Singulare אלה proprie de Deo vero adhibetur, qui solus religioso cultu prosequendus est, ut ex etymologia verbi in Arab. lingua superstitis colligitur: improprie autem de Idolis, Hof. III, 1. IX, 6. Am. V, 26. IX, 14. Mich. IV, 5. Hab. I, 11. de Creaturis, ut de Angelis & hominibus, ob honoris aliquam cum Deo similitudinem. (V) אדון Adon Dominum notat, & aliquando ei epitheton additur, Dominus totius terræ, Mich. IV, 13. Zach. IV, 14. VI, 5. qua ratione nulli creaturæ tribuitur. His tandem subijcio (VI.) nomen בעל quo Deus solus insigniri voluit, sed ob abusum tandem ad Idola translatum, illud repudiavit, Hof. II, 18. 19.

אל
II. Personae-
libus.

אדון

בעל

§. II. Ex hisce nominibus si, quid Deus sit, dicere velimus, copiosissimus campus surget; sed ne in nominibus hæreamus & subtilius agere videamur, quam simpliciores capere queant: ad πραγματολογία, ceu vocant, progrediemur. Ubi illud extra controversiam positum arbitror, quod Deus sit *Essentia* omnium rerum, & ipsa mera *essentia*; id enim evincit nomen הויה, innumeris in locis ei tributum, *essentiale* eam ob causam appellatum. Hoc igitur probare, quod in aprico est, supervacaneum foret. Quod vero *essentia spiritualis* sit, itidem liquet. Habet enim Deus non tantum spiritum, quem effundit, & per quem spirituales efficit homines, Joël. III, 2. Zach. XII, 10. sed ipse etiam *Spiritus* est. Quando autem Scriptura ad captum nostrum descendens, membrorum ac partium Dei mentionem facit, cum integralium, ut *facierum*, Hof. V, 15. VII, 2. Joël. I, 10. Jon. I, 3. Hab. III, 5. Hagg. I, 12. Zach. II, 17. VII, 2. IX, 21. Mal. III, 1. *Oculorum*, Hof. XIII, 14. Am. IX, 3. 4. S. Jon. II, 5. Hab. I, 13. Zach. III, 9. IV. 10. IX. 8. Mal. II, 17. *pupillarum* Zach. II, 8. *manuum* Am. IX, 2. Sophon. I. 4. *pedum* Nah. I, 3. Habac. III, 5. tum *essentialium*, *Cordis*, Hof. XI, 8. *anima*, Am. VI, 8. satis constat, per αὐθροπία θεϊαν talia dici, eaque spiritualitatis veritatem minime infringere. Hinc Prophetae Judæos & gentiles passim redarguunt, quod Deum creaturis corporeis similem effinxerint, Am. V, 26. Mich. V, 15. qua de re ad præceptum primum Decalogi copiosius agemus. *Unum* esse Deum unissima, ut cum Lutero loquar, unitate, Prophetae inculcarunt varie. (1) *affirmative*, Zach. XIV, 9. Ubi innuitur, Deum,

Πραγμα-
τολογία
ubi conf-
deratur
Deus
1. absolute
quod sit
Essentia
Spiritualis.

Attributa
1. Negati-
va,
Unitas,

ut in se unus est, ita in N. T. unum prædicandum, agnoscendum & colendum, remota Deorum fictitiorum & λεγομένων multitudi-
 conf. 1. Cor. VIII. 6. Credebant veteres, ut nos, in unum Deum, Creatorem &c. Mal. II, 10. (2) *negative* quod *præter Dominum* Deum Israëlitis non sit *alius*, Hof. XIII, 4. Joël II, 27. Huic Dei unitati personarum pluralitas nil derogat, sed optime cum ea consistit. Perperam igitur Judæi & Antitrinitarii locum Zach. nobis opponunt, quemadmodum ex infra dicendis & probandis de SS. Trinitate patebit. Eodem argumento *Simplicitas* Dei asseritur, ut taceam nomen *Jehova* & *immutabilitatem* Dei, Mal. III, 6. quæ ejus simplicitatem clare arguit. *Infinium* esse Deum, probatur ex iis locis omnibus, quibus appellatur *Dominus Deus exercituum*, quibus præest, adest præfens, imperat, &c. quod facere non posset, nisi infinita potentia præditus & omnipræfens esset. Huc pertinent loca supra indicata: quibus nunc adde illa, Am. III, 13. IV, 13. V, 14. 14. 16. 27. VI, 14. IX, 5. Hoc respectu *magnus* s. maximus *virtute* dicitur, Nah. I, 3. qui omnia pedibus subjecta habet, ut ibidem additur. Simili ratione *immensitas* & *omnipræsentia* adstruitur. Nam qui infinitus est, non potest non ubique esse sua essentia. Emphatice utraque describitur Am. IX, 2. II. & Obad. v. 4. Nec hujus assertionis veritatem locutiones Script. infirmant, quæ Deum huc atque illuc progredi dicunt, Hof. II, 11. V, 15. Am. IV, 13 Mich. I, 3. Hab. III, 13. 15. cum de certo præsentia modo plerumque agant. De gratiosa præsentia, quæ omnipræsentia quasi vallum, ut Dorschaus ait, vel murus est, loquitur Zach. II, 9. 12. *Aternitas* Dei describitur, Mich. V, 2. (1) à parte ante, quod sit *ante principium* omnium, *ante dies seculi*, מִימֵי עוֹלָם אֲנִי מֵקֶדֶם alii reddunt à *quondam*, vel principio &c. sed validior est prior versio. vid. Tarnov. h. l. (2) à parte post, vel in seculum Mal. III, 6. *sine mutatione ulla*, etiam durationis. (3) à parte ante pariter & post. *Nonne tu ab aeterno es Jehova Deus meus* Hab. I, 12. ubi nomen Jehova naturali suo conceptu aternitatem includit. *Sanctus* est. *Deus ego*, in medio tui *sanctus*, Hof. XI, 9. hinc nomen ejus sanctum & sanctificandum, Am. II, 6. imo *sanctitas* ipsa est. IV, 2. Mal. II, 11. Hincq; *templum Sanctitatis* Jon. II, 5. 8. Mich. I, 2. Hab. II, 20. *habituaculum sanctitatis* Zach. II, 17. ipsi tribuuntur. Quam sanctitatem Habacuc agnoscit & proficitur, *Nonne tu ab aeterno es Jehova, sanctus*

Simplici-
 tas.
 Infinitas,

Immensitas
 & Omni-
 præsentia,

Aternitas.

II. Affir-
 mativa,
 Sanctitas,

Sanctus meus, I, 12. *Puru sunt oculi tui ne videas malum*, 13. *sanctus*
venet III, 13. *Iustus cognoscitur Deus*, (1) cum cuique suum tribuit, *Iustitia*,
 & secundum opera promerita reddit, Mich. VII, 9. Huc poena ta-
 lionis referenda, Joël. IV, 4. 7. Obad. 15. (2) Cum Zelus & ira Dei
 adversus peccata & peccatores describitur. Hof. IV, 9. V, 10. 14.
 IIX, 5. IX, 9. 15. XII, 3. XIII, 8, 11. Am. III, 14. V, 24. VI, 8. IX, 4. 8.
 Mich. III, 4. Nah. I, 2. 6. III, 5. Hab. III, 12. Zephan. I, 11. III, 8.
 Zach. I, 2. 15. VII, 12. 12. IIX, 17. IX, 14. Mal. III, 5. Unde ira Dei
 igni consumenti comparatur, Joël I, 19. 20. II, 3. 5. Am. I, 4. 7. 10.
 12. 14. II, 2. 5. V, 6. Obad. 18. Mich. I, 4. Nah. I, 6. III, 13. Zeph.
 I, 18. Zach. IX, 4. Ad quam exprimentam Prophetæ etiam annun-
 ciant (a) *diem Domini*, *visitationis*, *retributionis*, Hof. IX, 7. *tenebra-*
rum & caliginis, *nubis & obscuritatis*, Joël. II, 2. conf. Zephan. I, 15.
magnam & terribilem Joël. II, 11. *tenebrarum & non lucis*, Amos
 V, 18. *caliginis non splendoris*, 20. *amaritudinis* IIX, 10. *peregrinationis*,
angustia, Obad. 12. *ruina, vastitatis*, 13. *tribulationis*, 14. *excandescentiæ*,
angustia & coarctationis, *vastitatis & devastationis*, Zeph. I, 15. *buccina*
& clangoris, 16. *ardorem sicut cibus*. Mal. III, 19. (3) *Onerosam*
Prophetiam, *ut plerique interpretes reddunt*, Am. V, 1. Obad. 1.
 Nah. I, 1. Hab. I, 1. Zach. IX, 9. XII, 1. Mal. I, 1. (*vid. ad illustrat. iræ*
divinæ Effect. Peccat. annual.) (3) Cum iustitiæ Dei celebrantur,
 Mich. VI, 5. Iniquitas vero & iniustitia ab eo removetur, Mich. VI, 11.
 Nah. I, 3. Hab. I, 3. 13. Sophon. III, 5. *Veritas* in essendo, Hof. II, 1. scien-
 do, dicendo & faciendo Deo competit, Zach. IIX, 8. conf. Zach. I, 4. 5. 6.
 Sub ambitu veracitatis sinceritatem & sanctitatem, Hof. XI, 9. Hab.
 I, 12. constantiam ac fidem Hof. XIII, 14. Hab. II, 3. ipsamque Dei
 iustitiam Zach. IIX, 8. complectimur, qui suas comminationes jura-
 mento obsignat, Am. IV, 2. VI, 8. IIX, 7. Zeph. II, 9. Sicque sæpius
 Prophetæ, promissiones ac comminationes Dei, autoritatis & veri-
 tatis formula, *Sic dicit Dominus*, *dictum Domini* &c. obsignare consu-
 verunt. *Omnipotentem Deum*, Vates multoties asserunt (1) cum *Omnip-*
eum omnia facere, Am. IV, 13. & omnes creaturas ejus exercitus di-
 cunt, Joël. II, 11. 25. Am. IX, 3. Jon. II, 11. IV, 7. 8. (2) Cum diserte
 negatur, quæquam Deo esse impossibile, Zach. IIX, 6. (3) Cum ab-
 solute *potens*, itemque *omnipotens* dicitur, *יהוה* Joël. I, 15. *יהוה potens*,
 Sophon. III, 17. (4) Cum celebratur divina virtus magnaue poten-
 tia,

II, rat. In-
rellectus,
Omni-
scientia,

Omnifa-
pientia,

III, rat.
Omnium
attributo-
rum,

IV, rat. Ob-
jectorum
& effecto-
rum,

tia, & Jehova Zebaoth dicitur (vid. vocabulum יהוה) it. *Deus roboris*, Hab. III. 19. *Dominus universa terra*. Mich. IV, 13. Zach. IV, 14. VI, 5, *magnus fortitudine*, Nah. I, 3. Cum tribuuntur ei manus, Am. IX, 2. Hab. III, 4, Sophon. I, 4. dextra, Hab. II, 16. (4) Cum effectus infinitæ virtutis & potentia ei adscribuntur; Joël. III, 3. 4. Am. IV, 7. 9. 10. 11. II. IX. 9. IX. 6. Mich. I, 4. Nah. I, 4. 5. Hab. III, 10. II. Mal. III, 10. Huc pertinent opera creationis & conservationis, de quibus suo loco. *Omniscius est*, (1) dum occulta & abdita quæque novit, hincque *testis* in hominibus dicitur, Mich. I, 2. (2) cogitationes cordis intuetur. *Indicat homini quæ cogitatio (& meditatio) ipsius sit*, Am IV, 13. *Clamores cordis novit & exaudit*, Jon. II, 3. (3) Specificæ & numerice omnia scit, s. bona, Jon. III, 10. s. mala. *Scortatio spirituales Ephraim & pollutio Israël ipsam novit*, Hof. V, 3. VI, 10. Amos. V, 12. Quando Hab. I, 13. legitur, quod *malum non videat*, id non de nuda scientia sed *evdokia* intelligitur. (4) *Omniscientiam* arguunt oculi ei tributi, totam terram peragrantes Zach. IV, 10. V, 6. IX, 10. (5) Futura etiam *contingentia* prævidet; non tantum in Ecclesia & Politia Judaica, sed etiam in Ecclesia colligenda per orbem terrarum, ex omnibus gentibus, & mundi regnis, quemadmodum ex omnibus Vatibus, inpr. vero Zach. liquet. *Omnisapiens est*, (1) dum *perdit sapientes & intell. gentiam*; adeoque iis sapientior est: *cujus consilium sapiens sapientissimi non intelligunt*, Mich. IV, 12. Obad. 8. (2) Ejus sapientia in admirandis vaticiniis, gubernatione & conservatione Ecclesie &c. per omnia fere Prophetarum capita conspicitur. *Bonus est Deus per essentiam*, & multa bona communicat creaturis, præcipue hominibus, ac specialiter bonis. Illud testatur Nah. I, 7. dicens: *bonus est Jehova*; hoc Hofeas III, 5. *Veniet ad bonitatem ejus*, eaque fruuntur fideles. Hinc & Deus יְהוָה אֱלֹהֵינוּ Joël. II, 13. *gratiosus* dicitur, eique tribuitur יְהוָה quæ immeritam, ac prorsus gratuitam benignitatem denotat, Hof. II, 21. Joël. II, 13. Jon. IV, 2. Zah. I, 5. quo nomine etiam φιλάδελφος *Miserator & Salvator* Hof. I, 7. &c. dicitur. Porro *Amor* ei intensus adscribitur cum affectu. Hof. III, 1. XI, 1. 4. XIV, 5. ut & *Misericordia*, Zach. I, 16. רַחֲמֵינוּ viscera misericordie notat, quod LXX. reddunt voce ἔλεος, vel εὐκτιγμός; semel tantum per ἀγαπᾶν, Zach. X, 6. Atque hæc gratia, dilectio & misericordia Dei est vel *generalis*, Jon. IV, 11. vel *specialis*, quam pœnitentibus & credenti-

dentibus in peccatorum remissione, salutis collatione &c. offendit, Joël II, 13. Am. VII, 3. 5. Jon. II, 3. III, 10. IV, 3. Mich. VII, 18. 19. Est illa *ardentissima & serena* Hof. XI, 8. *eterna* II, 21. *magna*, & multiplex Joël. II, 13. Huc etiam refertur *Patientia & Longanimitas* summa, ubi vis ferè à Prophetis deprædicata, ut Joël. I, c. Jon. IV, 2 quæ ad pœnitentiam ducit peccatores. Hæc sunt flumina quædam è bonitatis divinae fonte inexhausto fluentia. Omnia verò attributa hæc tenus enumerata describunt nobis quodammodo Deum, & quid sit, à posteriori quasi indicant; nempe, ut *Lutherus* in Catech. maj. p. 403. ait, *Deus est & vocatur, de cujus bonitate & potentia omnia bona certo tibi pollicearis &c.*

§. III. Post consideratam absolutam DEI cognitionem, B. C. D. ad relativam progredimur, ubi Personarum pluralitas & Mysterium Trinitatis consideranda. Ut vero ordinem servemus aliquem, primum argumentum in *nomnibus* divinis pluralibus constitutum. Inter ea agmen ducit nomen *אֱלֹהִים* *Elohim*, innumeris ferè in locis occurrens, quod cum plurale sit, non tantum ratione formæ sed etiam significationis, (quia singularem habet) plures utique personas designabit. Idem manifesto atque emphatice colligitur ex nomine *אֲדֹנָי* *Adonim*, Mal. I, 6. quod *Dominos* sonat; sed quia unus est Dominus, plures saltem personæ innuuntur, juxta symbol. Athanas. *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus S. & rament non tres Domini, sed unus est Dominus.* Succedunt nomina *אֲדֹנָי יְהוָה* quæ ita junctim posita, omnes personas in una essentia divina indigitant, ita ut literæ nominis *Jehovi*, (quod soli Deo proprium est) Essentiæ unitatem, puncta vero personarum pluralitatem denotent. Am. I, 8. III, 7. 8. II, 13. IV, 2. 5. 13. V, 3. 14. 15. 16. 27. VI, 8. 14. VII, 1. 2. 4. 5. 6. 7. IX, 1. 3. IX, 5. 8. Jon. I, 9. Obad. 1. Mich. I, 2. Hab. III, 19. Sophon. I, 7. Zach. IX, 14. *אֲדֹנָי* *Adonai* per Kamez plurale esse & soli Deo proprium, certum est & alibi à Theologis probatum. Factentur etiam nonnulli Judæi, ut *R. David Kimchi* in libr. Rad. f. Lexico suo. *אֱלֹהִים* Hof. II, 18. 19. sing. *אֱלֹהִים* nomen est personæ *maritum* denotans. Hinc ubi plures *Beahim*, ibi plures sunt personæ. Fuisse autem hoc nomen Deo tributum propter personarum pluralitatem, hinc inferri posse videtur, quando Deus dicit, se nolle amplius appellari *Baal*, aut *Beahim*, ob abusum, quo ad idola translatum est hoc nomen. Olim tamen non dominii tantum sed etiam pluralitatis

II. Relate in Trinitate.

quoad loquendi formam. Nominibus pluralibus.

Formulis
Pluralibus.

tatis personarum respectu datum, ex *El.* 54, 5. constat, ubi *עָמְדוּ עִמָּךְ* *Domini tui, factores tui* memorantur. Probatul ulterius Pluralitas ex orationibus pluralibus. (1) cum Scriptura de Deo ut pluribus personis loquitur. *Hof.* XII, 5. *Et ibi loquibatur nobiscum*, h. e. mecum & cum Angelo, ut hæc sint verba Patris, de se & filio prolata. Nam ex v. 10. patet Dei hic esse sermonem, inquit *Coccejus Comm.* h. l. & confert *Gen.* I, 25. III, 22. XI, 7. & in toto capite non est signum alias personas loquentes introduci. *Mich.* V, 5. *Suscitabimus vel constituemus contra ipsum septem Pastores.* Quibus ex verbis *Hieronymus* Trinitatis Mysterium colligit, h. m. *suscitabimus ego, & Filius meus & Spiritus S. juxta illud: Faciamus hominem &c.* & in *Obadiæ* principio: *Surgue & ascendamus adversus eam.* Potuisset etiam D. Pater pro argumento initialia *Obadiæ* verba adferre: *Sic dixit Dominus Deus ad Edomum: Auditionem audivimus à Jehova; quæ Coccejus* vult esse, partim Dei filii & Spiritus S. partim trium Divinitatis personarum. II. Cum Deus à Deo distinguitur. Ita *דְּבַר* in plurali *Sodomam* subvertisse *Am.* IV, 12. leguntur, quo respicit Vates ad historiam subversionis *Gen.* XIX, 24. ubi dicitur, quod *Jehova à cum Jehova pluerit.* conf. *Dn. D. Præf. Theol. Jud.* p. 41. l. III. Cum Dominus de Domino loquitur, *Hof.* I, 7. Sic dicit Dominus: *Misererebor domus Juda, & salvabo eos in (vel per) Domino Deo suo.* *Joël.* II, 23. *Gaudete*, inquit Dominus, in Domino Deo vestro, quia vobis Doctorem illum ad justitiam dedit, qui vobis pluviam cadere fecit. c. III, 5. loquitur Jehova de invocando nomine Jehova, (*Christi Rom.* 10.) c. IV, 21. *Ego (Deus Pater) eos mundabo, quorum sanguinem antea non mundabam, & Jehova (filius) habitans Sionem.* Huc etiam nunnulli referunt *Am.* VI, 8. & *Mich.* VII, 18. ad quem l. *Coccejus* observat; personam secundam & tertiam hic permutari, quia nunc ad Christum directe, nunc de Deo Patre indirecte loquatur *Sp. S. Zach.* III, 12, 13. duæ personæ indicantur, mittens & missa, quarum utraque *Jehova* sit exercituum; adde, quod hic Jehova missus v. 3. *Angelus* increatus sc. s. Filius Dei vocetur. c. III, 2. idem *Angelus & Jehova*, ut è collatione vers. 4. & 5. etiam apparet, dicit ad Satanam de Patre: *inrepet te Jehova.* Unde Jehovam à Jehova distingui manifestum est. Quid? si de tota S. S. Trinitate explicetur h. m. & dixit Deus, Filius Dei, ad Satanam: *Inrepet Deus Pater te, & increpet etiam Jehova Spiritus S. te.* *Cap. X.* 7, Jehova inquit: *Exultabit cor eorum in Domino,* verbo Domini,

Domini, ut Targum reddidit, i. e. in Messia. v. 12. *Confortabo eos in Domno, & in nomine ipsius ambulabunt, inquit Dominus.* Ubi iterum Coccejus: *Rursus distingue personas divinas, Mal. III, 1. habemus etiam duas personas, Jehovah exercituum, & Dominum templi sui, qui est Filius Dei.* Plura in hanc rem infra, quando de Deitate Filii dicemus. Personarum in Deo pluralitas ulterius ostenditur, (1) ex opere eductionis ex Aegypto, Hof. XI, 1. Mich. VI, 4. quod, ut ex aliis Scripturae locis notum est, pluribus personis & toti S. S. Trinitati adscribitur. (2) Cum conjunctim S. S. Trinitas exhibetur. (a in descriptione missionis Messiae, Zach. II, 14. III, 9. *Per septem oculos, Spir. S. innumeris immensisque donis Christum iustruens, qui lapis est in passione calatus ad auferendam terra iniquitatem & Angelus Domini atque Jehova, intelligitur; Dominus autem qui lapidem calavit, est Deus Pater.* (b In missione Spiritus S. Joël III, 1. 2. Hagg II, 7. Zach. XII, 10. quae fit à Patre & Filio. (c In operatione in Ecclesia, Hagg, II, 7. *Hic Domini Zebaoth & Verbi, & Spiritus Domini praesentia gratiosa, quae populo adfutura sit, promittitur; haec vero est ἐνεργητικὴ παρουσία, adeoque adessentiam, non virtutis tantum, sed & suppositorum & operationem salutarem infert.* Ea denique Scripturae loca huc pertinent, in quibus binae tantum personae, Pater & Filius commemorantur. Siquidem juxta regulam B. Lutheri de verb. ultim. David. *Ubiunque in Scriptura legis, Deum de Deo, tanquam personam de persona loqui, ibi affirmatur significari tres personas Trinitatis. Duabus enim nominatis, simul persona Spir. S. in Scriptura loquentis significatur, 2. Petr. I, 21.*

3 quoad
rcra.

§. IV. Ad singulas personas si progredi velimus, pro asserenda cujusque divinitate & proprietate, non desset solida probatio. Indicabimus verò saltem documenta, cum copiosis nobis esse haud liceat. De Patre cum magna controversia non sit, brevissimis observamus, eum hoc nomen non respectu tantum omnium creaturarum obtinere, Mal. I. 6. II, 10. sed etiam inprimis fidelium, ob regenerationis gratiam: Sic Israël juxta multos Interpretes Hof. XI, 1. *Filius Dei dicitur; maxime verò respectu Filii, quem ab aeterno ineffabilem generatione genuit, Mich. V, 2. quo de loco mox nonnihil dicemus.* Mysterii hujus consequens & signum evidens esse *missionem Filii* in mundum, cum aliunde, tum ex locis supra prolatis, & de Angelo increa-

De Deo
Pater.

C

to

to à Jehova misso, liquet. Cætera huc spectantia ex sequentibus vel lucem accipiunt, vel per se ipsa satis patent.

§. V. Quomodo *Filii* vox capiatur, intelligique hic debeat, ex jam delibatis obscurum esse nequit, nimirum vere ac proprie. Huc referri possit secundum *Calovium* & *D. Grünbergin* in *Dissert.* super Hof. XII. ex *Agypto* vocavi *Filium meum*. Idem tamen nomen מִצְרַיִם *Zomach* probat, Zach. III. 8. VI, 12. Sic enim *Messias* dicitur, non tantum ratione humanæ filiationis, sed etiam divinæ, ἀποτολή ἐξ ἱφῶ, Luc. I, 78. *Jes. IV, 2.* vid. *Dorsch* Th. Zach. p. 179. f. & *Verbum Domini*, Hagg. I, 5. *Verbum*, quod pepigi vobiscum &c. quod de Verbo hypostauco accipiunt non ignobiles Interpretes, *Calovius*, *Coccejus*, alique. In memoriam Israëlitis revocat Vates promissionem federalem vel testamentariam Verbi s. *Messia*. Jam verò *Verbum* Patris vel Dei dici respectu generationis divinæ ab æterno, idoneis argumentis dudum à nostris est probatum. A personalibus nominibus ad officialia progredimur, quæ itidem Deitatem arguunt Mich. V, 2. dicitur מֶלֶךְ מִשְׁכֵּל *Meschel*, *Dominator* seu *Dominus* sc. de cælo, 1. Cor. 15, 47. quia egressus ejus sunt ex æternitate: Malach. III, 2. יְהוָה דְּמִשְׁכַּן *Dominus Templi*, & *Angelus fœderis*. Zach. IX. 9. יְהוָה שַׁלְוָה *Salvator*, vel, ut aliis reddere placeat, *salvatus*. Utrumque in *Jesum* quadrat; prius enim ipsum salvari oportuit, ut salvatus salvare, & *Salvator* noster esse possit. *Glass.* Phil. S. L. 1. Tr. 1. ad hunc loc. & *Onomatol. Mess. Proph.* pag. 169. *Essentialia* nomina adponere opus non est; cum nomen *Jehova* ei tributum, aliaque paulò ante commemorata, perspicuè & solidè Deitatem ejus probant. Neque attributis divinis diffuso ordine recensendis inharebimus, sed ea duntaxat, prout se nobis offerunt, allegabimus. *Æternitas* elucet ex Mich. V, 2. ubi Christo præter egressum temporalem è *Bethlehem* futurum, egressus sive *nativitas* (*Genes. X, 4.* *Job. I, 25.*) ab initio, vel ante initium, ante dies seculi, (*conf. Proverb. IIX, 23.*) tribuitur. Qua phrasi æternitatem describi, liquet ex *Hab. I, 12.* nomen tu *Deus* מִקִּדְמוֹת *ante initium*, vel ab æterno es *Jehova* &c. *conf. Pl. XC, 2.* Huc pertinent argumenta de *præexistencia* *Messia* ante incarnationem, *Hof. XII, 4. 5.* coll. cum *Genes. XXVIII, 13.* & *regno* ejus æterno, *Mich. IV, 7.* *Omnipotentia* eidem vindicatur, quando stare dicitur in robore *Jehova*, *Mich. V, 3.* fortis, qui *salvatorum* sit, *Zeph. III, 17.* *Conf. Jes. IX, 5.* גְּבוּרַת אֱלֹהִים *robis fidelium*,

Filii Divi,
nitas prob
1. Nominibus,
1. personibus,

2. officialibus,

3. essentialibus.

II, Attributibus

delium, ut fortes sint in Domino, Zachar. X. 12. Conf. Ephes. 6, 10. Idem opera & effectus omnipotentiae probant, Joël. IV, 16. de quibus paulo post. *Omniscientia* ex inspiratione & revelatione mysteriorum rerumque futurarum superius asserta, satis adstruitur. *Consilium Pacis* s. reconciliationis, quod ad sapientiam Dei in mysterio pertinet, idem quoque valide demonstrat, Zach. VI, 13. *Misericordia & Bonitas* demonstratur ex Hof. III, 5. *Venient ad Jehovah & ad bonum ejus*, item ex opere Redemptionis, Salvationis &c. *Justitia* prob. è Zach. IX. 9. ubi *Rex justus* vocatur. *Gloria, & Majestas* divina describitur Mich. V, 3. *Pasciet in excellentia nominis Jehovah, Dei sui.* Cujus *gloria* Templum impletura erat, quae sane divina est, Hagg. II, 7. Zach. IV, 13. magnifice describitur Majestas his verbis: *Ille geret gloriam, sedebit & regnabit in folio suo.* III. Opera etiam d- III. Opera
vina Filii Deitatem probant. (1.) *Creatio*, Amos IV, 13. dicitur
ribus.
formator montium & Creator Spiritus. Zach. XII, 1. Jehova Creator sine variatione personae usque ad v. 10. loquens introducit, quae verba Christi crucifixi esse, liquet. (2.) *Conservatio*, Hagg. II, 4. 5. *Sum vobiscum, dicit Dominus exercituum, cum verbo, quod pepigeram vobiscum, exiitibus vobis ex Aegypto.* (3.) *Potentia* faciendi divina & supernaturalia miracula, Hagg. II, 7. *contremiscere faciam omnes gentes &c.* (4.) *Redemptio*, Hof. XIII, 14. Redemptor, qui nos à morte & inferno liberavit, est Christus, 1. Cor. 15, 54. Deus enim sit oportet Redemptor hominum, ut infinito lytri pretio pro peccatis infinitam poenam merentibus satisfacere possit; quod disertè Hof. I, 7. dicit Deus Pater: *& salvabo eos per Dominum Deum illorum.* (5.) *Constitutio Ministerii, & Ecclesiae collectio*, Hagg. II, 7. docetur, quod Messias sit *desiderium gentium*, h. e. *Schilo*, cui adhæsuræ & pariturae sint gentes. Gen. XLIX. 10. Quod Ecclesiam è gentibus quoque collecturus, eamque protecturus, hostes autem ejus prostraturus sit, passim Vates nostri omnes declarant, inprimis Zacharias, e quo nunc illud tantum proferimus, quod legitur cap. XIV, 4. *Et stabunt pedes ejus super montem Olivarum &c.* cujus vaticinii complementum in ascensione Christi habemus, Act. I, 19. quandoquidem Apostoli, qui cum Christo in monte olivarum erant, in omnes quatuor cardines mundi divisi sunt. Math. 28, 19. Huc pertinet adventus Christi in templum suum & reformatio, Malach. III, 1. seqq.

(6.) *Inspiratio Scripturae S.* (vid. L. 1. §. III. caus. effic.) (7) *Missio Spiritus S.* Qui ipse cum sit verus Deus, ut mox probabitur, non nisi à Deo mittitur, Zach. XII, 10. (8) *Missio Angelorum*, Zach. I, 10. II. &c. (9) *Remissio peccatorum & justificat.* Zachar. III, 4. 5. Malach. III, 20. (10) *Resuscitatio mortuorum.* Hof. VI, 2. XIII, 14. (11.) *Potestas judicandi*, Zach. XII, 10. Mal. II, 3. (2.) *Cultus denique divinus*, qui consistit a) in servitute, quam Zach. I, 8 seq. & II, 3. 4. Angeli ministri Christo præstant. b) in fiducia, Habac. II, 4. c) celebratione, Joël. III, 5. Sophon. III, 9. Malach. III, 1. d) adoratione, Hof. III, 5. XII, 5. Zach. XIV, 16. 17.

Spiritus S.
Homonymia.

§. VI. Spiritus vox in scriptis Prophet. adhibetur, cum de substantia corporea, v. g. de aëre, ut nonnulli volunt, Amos IV, 13. tum de incorporea, sive creata, tum generaliter, uti Deus Spirituum Deus dicitur, Num. XVI, 21. tum specialiter, de anima hominis, Zach. XII, 7. de Angelis, Zach. VI, 5. sive increata: vel de Deo, considerato vel essentialiter, prout commune nomen est S. S. Trinitatis, vel personaliter, pro persona Spiritus S. quæ acceptio hujus loci propria est. Accidentaliter sensu sumitur pro vento, Zach. V, 9. (qui aëris quoddam accidens & μεταβων est) & Metonymice pro plagis mundi, Zachar. II, 10. aut Metaphorice pro re evanescente & nihili, Hof. IX, 7. vel pro facultate animæ, animo aut voluntate, Zach. XIII, 2. vel pro donis & effectibus Spiritus S. Mich. III, 8. Verum enim verò, ubique in Scriptura S. Spiritus S. appellatur Spiritus sine adjectione, qua assignet, qualis sit Spiritus, de Spiritu S. intelligi debet, juxta regulam Hieronymi in II. cap. Mich. Loca huc facientia sunt sequentia, in quorum quibusdam Spiritus Jehova vocatur, Joël. III, 1. Mich. II, 7. III, 8. Hagg. II, 6. Zach. IV, 6. Sanctus itaque Spiritus non tam ratione essentialis suæ, quam ratione æternæ spirationis passivæ ita dicitur. Deitatem Spiritus Sancti probant I. Nomina divina essentialia, quando non tantum Spiritus Jehova, sed etiam ipse Jehova dicitur, in locis paulo ante à Zacharia prolatis. Nam cum Spiritus Dei dicatur principali & singularissimo modo, ratione spiritualitatis & spirabilitatis, qua essentia divina infinita & æterna cum omnibus suis perfectionibus ineffabili modo ei communicatur, Deitas Spiritus Sancti valide hinc demonstratur. Vid. Dorsch. Th. Zach. p. 185 qui hoc etiam urget, quod oculi Deo tribuantur, Zach. IV, 10 per quos Spiritum S. intelligi, probat multis Alcasar

Deitas probatur ex I. Nominibus.

111

in Apoc. p. 145. f. *Sicut enim oculi velut aliquod substantiale membrum ad integritatem corporis pertinent: ita quoque (ait) Spiritus Dei non est aliquid extra substantiam divinam, sed inra ejusdem sanctissimam essentiam.*
 Huc refer, quod Spiritus S. sit *Jehova, increpans Satanam.* Zach. III, 2.
 II. *Attribuitur Spiritui (a) Omnipotentia & fortitudo, humana ma, or,* Mich. III, 8. imò opponitur Zach. IV, 6. *omni creato robori, finitaque potentia, tanquam causa efficiens omnis virtutis & potentia.* (3) *Omniscientia & sapientia, quia novit necessitates & afflictiones nostras, etiam occultas, & preces in nobis excitat, tanquam Spiritus deprecationum, Zachar. XII, 10. & ipse intercedit pro nobis omnipotenti, omniscienti & ineffabili ratione, Rom. 8, 26. (7) Gratia ex eodem loco quia est Spiritus gratie autor summus & dator. (8) Justitia vindicatrix & ira exardescens, nisi tranquilletur, Zachar. VI, 8. Conf. Esa LXIII, 10. III. Opera divina ei competunt, ut (1.) inspiratio Scripturae S. de qua suo loco; vid. Mich. III, 8. Zach. VII, 12. (2.) Conservatio Ecclesiae, per oculos indicata, & gratiosa *κατακλιμα* in Ecclesia operatio. Est enim & hoc respectu Spiritus gratiae. conf. I. Cor. 12, 4 6. Spiritum S. personam esse, ex actionibus personalibus liquet. Nec obstat, quod comparetur, vel opponatur virtuti & viribus humanis, Zach. IV, 6. VII, 12. adeoque sit *ἐνεργεια*. Nam ipse est *ἐνεργων τοῦ πνεύματος ἐν ἡμῖν*, I. Cor. 12, 11. habetque in se *δύναμις*, quam exlerit, dat & donat, tanquam Spiritus gratiae efficax &c. conf. Act. I, 8. Quod persona sit à Patre Filioque distincta, patet (1.) ex caractere ejus hypostatice. Spirabilis enim s. spiratus à spirante Jehova, realiter differt (2.) quia ita dicitur Spiritus Jehovæ & Angeli increati, ut ab utroque velut tertius ordine distinguatur. Zach. IV, 6. VI, 8. (3.) quia dicitur Spiritus effusus super omnem carnem. Joël. III, 1. & *donum David*, Zach. XII, 10. à Deo, Patre haud tantum, sed etiam Filio, s. Messia, qui loquens utroque in loco introducit. Effundens autem & effusus distinguuntur. Nec dona tantum Spiritus, sed ipse etiam Spiritus dantur & effunduntur. Atque hinc etiam ejus processio à Filio probatur, quia Jehovæ, Angeli increati, Spiritus est, & ab eodem mittitur ac effunditur; quod fieri non posset, si ab eo non procederet. Conf. *Dorsch. Th Zach.*
 p. 197. ff.*

II. Attributis.

III. Operibus.

Personalitas.

Processio à Patre,

& à Filio.

LOCUS III.
De
CREATIONE.

§. I.

Etymolog.
& synon.

Inter opera, quibus Deus summam suam bonitatem & potentiam exseruit, primo loco spectanda venit creatio, quæ verbis ex historia creationis desumptis exprimitur. (1) ברא quod est *creavit ex nihilo*: usurpatur de productione primæva *venti*, Amos IV, 13. *hominum*, Mal. II, 10. Græc LXX. Seniores per *ἠῆται* reddunt (2) *עשה* *fecit*, de *homine*, Hof. VIII, 14. *aurora*, Amos IV, 13. *stellis*, V, 8. *maris & terra*, Jon I, 9. (3) *יצר* *formavit*, *finxit*, quod de formatione *montium*, Amos IV, 13. *locustarum*, VII, 1. & *Spiritus hominis* occurrit, Zach. XII, 1. (4) *סר* specialiter de *maris*, Amos IX, 6. & *terra* constitutionem adhibetur, Zach. XII, 1. (5) *נמה* *extendit*, omnem dimensionem infert, & de *coeli* creatione peculiariter adhibetur, quod Deus instar *pellis & tabernaculi* expandit, uti Zachar. XII, 1. legitur. Quæ verba sic distinguunt, ut *יצר* decus & venustatem, *סר* soliditatem *נמה* convenientiam involvat. Creationem esse unius & solius Dei actionem, constat α) ex Hof. VIII, 14. ubi Deus in singulari *Factoris* titulo insignitur, Zach. X, 1. *Dominus יהוה* *facit nimbos*, Mal. II, 10. *Nunquid non Deus unus creavit nos?* β) Ideoque passim in V. T. verus Deus describitur, in oppositione ad falsos Deos & Idola, quod sit *Creator cæli & terræ*, eorumque exercitus, Amos IV, 13. V, 8. Jon. I, 9. Zach. XII, 1. Atque hinc γ) titulo *Jehovæ Zebaoth* inscribitur, ut in L. *de Deo* §. 1. ostendimus; e contra verò majoris Majestatis declaranda gratia, *creandi*, providendique vis omnibus hominibus denegatur, Jon. IV, 10. At non unam tantum, sed plures Deitatis personas creasse, Spiritus S. per Jonam indicat, I, 9. יהוה אלהי *Dominum Deum cælorum* timeo, &c.

Causa efficiens Deus.

Ex *nihilo* Deum creasse omnia, voce ברא Mal. II, 10. IV, 13. omnem materiam excludente, edocemur. Idem verbum omne creationis *instrumentum* excludit, cum nullum fuerit ubi nihil fuit. Idque Vates ex historia Creationis præsupponunt. Deo itaque, qui propter potentiam Maximus, propter sapientiam Optimus dicitur, per creationem thesauros inexhaustæ bonitatis suæ aperire placuit, ad quos Prophetæ populum Dei, imò omnes ratione præditas creaturas, manu quali

in personis Tribus.

Materia.

Causa instrumenta-
lis.

impulsiva.

quasi dicentes adclamant: *Nonne Deus unus creavit nos omnes?* Mal. II, 10. Complectitur autem creatio omnia visibilia & invisibilia, quorum respectu Deus passim Dominus exercituum dicitur, & speciatim memorantur Angeli, homines, montes, ventus &c. Mundus igitur ab aeterno non fuit, nec Propheta Habac. III, 6. aeternitatem, sed durabilitatem montium respicit. In quonam Creatio proprie consistat, ex dictis colligi potest. Cum enim *קרא* indiget productionem ex nihilo, facile intelligitur, creationem esse opus immensae potentiae. Certis verò gradibus & ordine hoc divinum opus absolvi, ut & sapienti distinctione ac dispositione, eleganti exornatione & perfecta consummatione, itidem ex verbis Synonymis supra expressis, efficitur, & à Mose, quem Vates respiciunt, suppleri debet. Atque hinc etiam Finis Creationis patet. Nimirum devoto animo creatio- nis opera sunt expendenda, ex iisque Deus, quam bonus, potens & sapiens sit, cognoscendus & glorificandus. Hoc sapissimè Vates inculcarunt, ac eo nomine gratis beneficiorum aëstimatoribus benedictionem, Joël. II, 22. ff. Zach. VIII, 11--15. obliviosis autem vel abnegatoribus benedictionis ablationem, & maledictionis immissionem nunciarunt. Hof. II, 5. 10. 11. 14. 23. 24. IV, 3. VIII, 7. 14. IX, 2. Joël I, 4. seq. Amos IV, 6. 7. 8. 9. V, 11. Mich. VI, 14. 15. Sophon. II, 15. Hagg. I, 6. 10. 11. Malach. II, 2. Abusum etiam creaturarum in commestationibus & comotationibus &c. subinde taxarunt, Hof. IV, 11. VII, 5. Amos IV, 1. VI, 4.

Objectum.

Forma.

Finis.

LOCUS IV.
De
ANGELIS.

§. IV.

DE Angelis non pauca nostri Vates, in primis Zacharias, habent. Eorum nomen est *מלאך* à radice obsoleta *לאך* quæ tamen apud Ethiopes & Arabes hodiernum in usu est, & *mittendi* significationem habet, non tantum ad servitium, sed etiam ad principatum. Unde in Ethiop. lingua hæc ipsa vox *Principem* quoque notat, & Ludov. de Deurecæ censet *מלאך הברית* *Principem foederis* Mal. III, 1. reddi posse. Nam in prioro membro illius commatis *הוא ה' Dominus* dicitur. Conf. J. Ludolf, in Lex. Ethiop. p. 21. Ita non indignum est hoc

Etymologia.

nomen

nomen *Filio Dei*, qui sæpiſſimè Angelus appellatur, vel ſimpliciter ut Hof XII. 5. Zach. I. 13. 14. II. 2. 7. III. 3. IV. 1. 4. 5. V. 5. 10. VI. 4. 5. vel *Angelus Domini* Zach. I. 9. II. 12. III. 1. 5. 6. *Angelus fœderis* Mal. I. c. Quæ loca de *Filio Dei* eſſe intelligenda, alibi aſſerimus. De creaturis occurrit nomen *Angeli*, & quidem uſitate de ſpirit. adminiſtratoriis. (ui ex fine eorum patebit) de *hominibus* etiam interdum adhibetur, ut *nunciis ſ. Dei*, ſ. *hominum*: de his, Hab. II. 1. 3. de illis, pro *Doſtoribus* verbi, de Prophetis Hagg. I. 13 de Sacerdotibus Mal. II. 7. de Johanne Baptiſta, Mal. II. 1. conf. Matth. 2. 10. Ex quibus conſtat, tantum de *perſonis* non autem de *rebus*, vocabulum *Angeli* adhiberi; etſi Chaldæi peſtem per periphrasim *Angelum moris* vocent, uti Hab. III. 4. in Targum: ubi tamen perſona, quæ peſtem immiſit, includitur.

Angel. bonorum natura.

Attributa.

Intellectus.

Voluntas.

Potentia.

Finis creat. Angel.

§. II. Verum cum Angeli boni & mali ſint, de utriſque diſtinctè agendum eſt. *Boni* ſunt ratione eſſentiæ, *Spiritus* creati tales, permanentes & confirmati, quod ex actionibus & miniſteriis bonis, quæ bono hominum obeunt, dilucide conſtat. Et quia *Spiritus* ſunt, ceu ex nomine & comparatione eorum cum *quatuor ventis* conſtat, Zach. VI. 5 proprietates ex hac ſpiritualitate eorum, *velocitas*, *inviſibilitas*, *illocalitas* &c. ſuunt. Ut autem ſuum officium peragant, in forma quandoque aſſumta apparent, Zach. I. 8. VI. 2. ſeq. *Sancti* dicuntur, Zach. XIV. 5. non quod eorum ſanctitas eſſentialis, ſed accidentalis ſit, quia excidere eadem potuerunt. *Intelligentes* ſunt, ita ut intellectus de ipſorum eſſentia ſit. Operationes enim ab intellectu proficiſcentes in Zachar. paſſim illis tribuuntur, ſine quo nec miniſtri, aut nuntii Dei eſſe potuiſſent, v. g. cognitio, quid rerum in univerſo terrarum orbe agatur cap. I. 11. mandatorum divinarum intelligentia ac executio, II. 8. III. 4. 5. VI. 7. Sic Angelus aliquis cognoviſcit Angelum increatum Chriſtum, eique in occurſum venit, II. 7. *Vi* inſuper *volendi* Angelos præditos, ex eorum obedientia, & prompta parataque mandatorum Dei executione colligitur, Zach. I. 11. III. 5. VI. 7. *Potentia*, (quæ tamen finita & dependens eſt) ex operibus ab illis perfectis, rebusque præclare geſtis, Zach. VI. 8. elucet. Huc facit viſio *equorum fortium*. ſ. equitum Angelorum virtute Dei exornatorum, Zachar. VI. 1. Diverſa Angelorum officia, diverſus ac varius equorum ſ. equitum Angelorum color indicat, Zach. VI. 2. 3. 6. (α) *Dee*

HOC

(α) *Deo ministrant.* Ita Christus stipatus equis s. Angelis conspicitur, proximus.
 Zach. I. 8 qui stare dicuntur coram Dominatore totius terræ. IV. 14.
 Ubi sane stare idem est ac ministrare, conf. III. 1. 4. 7. VI. 5. XIV. 5.
 (β) *Hominibus adfistum*, quorum respectu Angelis cura & custodia
 convenit; in primis pios peculiariter custodiunt, Zach. I. 10. VI. 1. 5.
 6. 7. Non tamen cuiusvis hominum unam peculiarem Angelum tu-
 telarem adjunctum esse, certum est. Plures sane Angeli Josuæ pro-
 mittuntur, qui eundem deducant, Zach. III. 7. In Ecclesia piis cum-
 primis inserviunt Zach. VI. 8. (γ) *Diabolo resistunt*, quod Zach. VI. 1.
 quatuor currus (quibus ministerium Angelorum denotatur, conf. Pf. 18,
 11. & 68, 18.) indicant, qui, in quatuor mundi plagas (conf. V. 5. 6. 7.)
 egrediuntur, & circumquaque pacem tuentur, diaboloque ac mundo
 resistunt. Conf. Apoc. 14. 15. seq. Finis denique creationis Angelo- ultimus.
 rum est, ut æterna tandem felicitate perfruantur. Si Angeli coram
 Dominatore totius terræ stare dicuntur, Zach. IV. 14. & c. utique se-
 quitur, quod eorum felicitas in *intuitiva Dei cognitione* consistat, qua
 omnia, quæ actu & formaliter in Deo sunt, cognoscunt, Deoque tan-
 quam summo bono fruuntur. Numerus denique Angelorum admo- Numerus.
 dum magnus, unde Zach. IX. 8. *Castra* vocantur: non autem à nobis
 definibilis est. Illud insuper ex ministerio, quod Deo & tot homi-
 num myriadibus præstant, nullo negotio colligitur.

§ III. *Angelorum etiam malorum* mentionem Vates nostri fa-
 ciunt, Zach. XIII. 2. promittit inter alia Deus, se *spiritum immundum* ei de
 terra ablaturum; sic *dæmonia* vocari, recte *Grotius* h. l. observat & ci-
 tatis bene multis locis à N. T. probat. Impurus autem s. malus spi-
 ritus est, non quod talis creatus fuerit, sed quod sponte à concreata
 sanctitate defecerit, impuritatem deinceps introduxerit in homi-
 nes eosque seduxerit. Hinc quævis impuritates spiritus dicuntur,
 quia ab impuris spiritibus proveniunt. Ita v. g. *spiritus fornicationis*
 est, Hof. IV. 12. tum qui ad fornicationem spiritualem, quæ idolola-
 tria est; tum ad corporalem impellit. Notum & ubique obvium est
 nomen *πρω* quod descendit à verbo *πρω* adversari, quia Deo & ho-
 mini adversatur, & omni bono operi, ut *Hieronymus* ait, resistit.
 Hæcque nominatio haud obscure insinuat Zach. III. 1. Ex qui-
 bus nominibus pleraque ad malorum Angelorum naturam & opera
 spectantia colligi possunt. Valet hic illud Pauli de Diabolis, Tit. 1. 15.

D

Prævia

Puris omnia pura sunt: Polluis autem s. impuris nihil purum, sed polluta est ipsorum mens & conscientia. Quare & mens & voluntas & affectus Satanæ omnes impuri sunt. Impuras etiam cogitationes inspirat vel suggerit hominibus sæpe, & ad actiones scædas patrandas eos seducit; quod pro sua astutia & potentia, qua pollet, facile potest: Sed tamen restricta est ejus vis & per Christum fracta, ut *Zachar.* loc. cit. futurum prædixit tempore Novi Testam. Magnum impurorum & adversariorum spirituum numerum esse, vel ex innumeris imputatibus & bonorum obstaculis, ab iis perfectis manifestum est.

Numerus.

LOCUS V.

De

HOMINE IN IMAGINE DEI
CONDITO.

Causa efficiens.

DEum esse Creatorem omnium hominum, Malach. II, 10. testatur his verbis: *Nonne Deus unus creavit nos? & v. 15. Nonne unus scil. Deus fecit? & reliquum Spiritus ei fuit.* Itareddidit Steph. le Moine ad Polycarpi Ep. p. 107. Dum vero unus dicitur Deus Creator, non excluduntur plures personæ, sed ex historia Creationis supponuntur atque intelliguntur, Gen I. 26. 27. Respicit enim hic Propheta ad creationem hominis in imagine Dei, quemadmodum ex contextu & verbis sequentibus Malach. evidens est: *Nonne Deus unus creavit nos, quare perfide ageremus quisque contra fratrem suum?* In creatione inditus est hominibus amor sanctus & divinus, quem servare oportebat, non indulgere concupiscentiis aut vagis libidinibus. Tametsi igitur post lapsum id fiat, tamen renovari debemus & reformari ad imaginem Dei. Creavit etiam Deus hominem l. c. 15. *quasiurum semen Dei, i. e. justum & sanctum.* Unde homo justus & sanctus fuit conditus, alioquin enim semen Dei quarere & propagare non potuisset Atque hinc etiam liquet, (1.) hominem ratione utriusque sexus & totum genus humanum in Protoplastis ad imaginem Dei esse conditum, quoad corpus & animam; quia quarere debebat semen Dei & propagare. (2.)

Subjectum.

Forma.

Imaginem illam constituisse in *sanctitate, justitia & veritate*, sicut alibi Scriptura eam explicat, Eph. IV, 24. & Vates etiam ad cognitionem veram vivamque Dei, justitiam &c. subinde excitant homines, Hof. XIII.

XIII. 4. Joël II, 27. Mich. VI, 8. Zachar. VII, 9. VIII, 16. 19. quo conformes Deo reddantur & induant novum hominem, quem per lapsum amiserunt. Denique (3.) finis etiam inde colligitur, propter quem Deus hominem in imagine sua creaverit, nimirum, ut Deum conditorem suum glorificaret, sanctitati & justitiæ studeret. Eo enim tendit Malachias, & Judæos revocat ad considerationem imaginis Dei, ut cogitarent, unde excidissent, & quo redire debeant, si semen & Filii Dei esse velint. Quod etiam Cap. I, 6. innuere voluit, ubi Deum ita loquentem facit: *si Pater ego sum, ubi gloria mihi debita est?*

Finis.

LOCUS VI.

De

PROVIDENTIA.

§. I.

Providentia, simplici verbo *videndi* וִיחַד Zach. IX, 8. exprimitur, quod non nudam speculationem, sed notitiam cum effectu providendi, more Ebrææ linguæ, infert; item *oculis*, qui Deo tribuuntur, Jon. II, 5. Zachar. III, 9. IV, 10. IX, 1. Alibi per præsentiam & operationem effertur, ceu mox dicemus. Ut creatio, ita & providentia non uni solum, sed tribus personis divinis competit. Ita Hagg. II, 4. Pater promittit, se providentia sua Judæis ad futurum, una cum Verbo essentiali & æterno, v. 5. i. e. Filio, (conf. Hebr. I, 3.) cui præsertim oculi per totam terram discursitantes tribuuntur, Zach. IV, 10. & Spiritu suo §. ibid.

Synonymia.

Causa efficiens.

§. II. Versatur autem divina providentia circa res omnes creatas; quo, judice *Tarnovio*, pertinent verba: *Ejus sunt ambulationes seculi*, Hab. III, 6. h. e. totius mundi, ejusque operum gubernatio penes eum est. Speciatim occupatur circa inanimata, ut *cælum*, Hof. II, 23. Zach. XII, 1. ejusque exercitus. *Solem & lunam*, Habac. III, 11. *Stellas, diem & noctem*, Amos IV, 13. V, 8. *aquas supra & infra cælestes*, V, 8. IX, 6. *terram*, Hof. II, 23. dando pluviam tempestivam, Joël II, 23. Amos V, 8. Zach. X, 1. Mal. III, 10. & animata, ut vegetabilia, *herbas*, Amos VII, 1. *arbores*, Joël II, 22. sensitiva, *animalia agri*, Hof. II, 20. Joël I, 18. 20. II, 22. Jon. IV, 11. *volucres cæli*, Hof. II, 20. *pisces maris*, Jon. II, 11. reptilia, *erucas*, Joël I, 4. II, 25. *serpentes*,

Objectum generale.

D 2

Amos

Amos IX, 3. imo etiam circa vilissima & abjectissima, *vermes*, herbas & fructus ardententes, Jon. IV, 7. In contrariam hujus rei sententiam descendere videtur Hieronymus in c. I. Habacuci, *Fuam*, inquiens, *adulationem Dei esse, qua Majestas ejus ad hoc deducitur, ut sciat per momenta singula, quot culices nascentur, quotve moriantur, quot muscarum sit multitudo, quot pisces in aquis nacent.* Sed respondemus, quod *Augustinus* respondebat, cum Cypriani autoritas ipsi objiceretur: *Quicquid in Patribus Scripturarum auctoritati congruit, cum laude eorum recipio; quod non congruit, cum pace eorum rejicio.* Si etiam Deum, tam abjecta creare, non puduit, nec iisdem providere Deum speciale, Nullum tamen dubium est, divinam præcipue gubernationem circa hominem, Microcosmum, versari, & circa omnia, quæ ipsius sunt. Zach. IX, 1. *Jehova est oculus spectator hominum, ut omnium tribuum Israelis, i. e. generaliter omnium hominum, specialiter Ecclesiæ providam curam gerit.* Nec obverti potest Habac. I, 14. quod Deus *homines faciat, (sic lasse gehen) ut pisces maris & vermes, Domino carentes.* Hæc enim apparenter duntaxat sic se habent, propter *diversas* in mundo varias, quas tamen ad τὰ βίω pro summa sua sapientia Deus invocare novit. Hominum autem moderatur (i. e.) *viam*, quoad (a) ingressum. Si Deus Hof. IX, 11. Ephraimitarum gloriam à partu, imo ab utero se humiliaturum comminatur, firmiter colligitur, eum quoque à conceptione & generatione eorum curam gerere. Rationem habet pusillorum, *qui non norunt discrimen inen dextram & sinistram suam.* Jon. IV, 11. (b) progressum, conservando, assuefaciendo, portando, faciando & ditando &c. Hof. II, 10. 23. 24. XI, 3. 4. XII, 10. 14. XIII, 5. 6. Joël II, 20. seq. Amos II, 9. 10. IX, 7. Mich. VI, 4. 5. Habac. III, 13. &c. (c) egressum, ita ut constitutus vitæ terminus obtimeatur, vel mirabiliter prolongetur. Quod Jonæ docet exemplum, qui e præfenti vitæ periculo ereptus, in aqua conservatus, terræque redditus fuit. Jon. II, 1. ff. IV, 3. ff. (2) *actiones*, cum bonas, operando & eas approbando, ut in omnibus Prophetis & fidelibus conspicuum est; tum malas, gubernando, permittendo, impediendo vel in bonum finem illas dirigendo. Ita Jonæ in primis fugam summus rerum moderator ad nominis sui gloriam I, 3. seqq. Ninivitarumque salutem III, 10. direxit.

§. III. De singulis Providentiæ partibus & gradibus, luculenta.

lenta in nostris Vatibus documenta extant. I. Conservationis cum Formis
 ordinariæ, tum miraculosæ. Ita Pater benignissimus Jonam con- 1. Conser-
 servaturus piscem magnum paravit, qui illum in mare projectum vatio.
 vivum deglutiret, & per triduum illæsum servaret, II, 1--11. Cu-
 curbitam s. riciniam quoque una die cum patulis frondibus & fo-
 lio, ad protegendam Jonæ caput produxit, IV, 6. Niniven, civi-
 tatem maximam, s. ut est in fontibus, גדלה לאלהים Deo magnam,
 quod ei cura esset, ita dictam, ab interitu conservavit. v. 11. Ne- 2. Concus-
 que vero sustentat tantum conservatque Deus creaturas, sed II. sus.
 efficaci quoque operatione ad actiones illarum naturales concurrat.
 Sic cælum & terram exaudit, ut hæc exaudiat triticum &c. Hof. II,
 10. II. dando pluviam, Joël II, 22. vid supra §. 11. Extraordinaria
 concursus exempla in Vatibus similiter occurrunt, in Jona in primis,
 quando Deus mirabiliter & potenter naturam agentem sustentat.
 Singulari autem ratione ad animarum salutem Deus concurrat, &
 speciales ejus actus per totam Theologiam se se diffundunt. III. Gu- 3. Guber-
 bernatio denique divina latissime ad totius mundi regimen se extendit, natio.
 quo respectu Dominus exercituum dicitur. Quomodo vero specia-
 tim Ecclesiam gubernaverit, quomodo hostium Ecclesiæ machinatio-
 nes impediverit, ex cunctis Vatibus liquet, ut loca obvia & bene mul-
 ta allegare nihil opus sit. Gubernatio autem juxta bonitatem & ju-
 stitiam divinam tanquam fines instituitur: illam per prius, per saluta-
 ria ac efficacia media, hanc per posterius intendit: indeque constat,
 Deum peccati causam non esse. conf. Dn. D. Præf. Th. Symb. p. 68. 69.
 Nostrum cum Jona est, sapientiæ, potentiæ, & præcipue bonitatis di-
 vine gloriam grata mente agnoscere, II, 2. ad fin. quam etiam Haba-
 cuc respicit, III. 6. seqq. Et licet divina providentia per media ple-
 rumque agat; in illis tamen non hærendum, sed ad causam primam
 semper recurrendum est. Hof. II, 8.

Finis.

LOCUS VII.

DE

PECCATO ORIGINIS.

Dari peccatum Originis, à primo Parente in nos propagatum, Existentia.
 Propheta Hoseas testatur, quando conqueritur, *Israelius aquo*
 D 3 ac

ac Adam nefarie transgressos esse fœdus, VI, 7. Ita enim cum Hebræis & Luthero reddimus verba, optime & simplicissime. Atque adeo hic *περιβασιον* Adami habemus, ut Rom. 5, 14. vocatur, & peccatum primum, quod in mundum introivit, & in omnes posteros propagatum est, ibid. v. 12. Hieronymus sane non dubitavit sic explicare in Comment. h. l. *Ipsi imitati sunt Adam, ut quod ille in Paradiso fecerat, peccatum meum legemque prateriens, isti in terra facerent. Et ibi, hoc est, in Paradiso, omnes pravaricati sunt in me, in similitudinem pravaricationis Ade.* Equidem Pelagiani infantes à peccato originali immunes pronunciant, adducentes, Jon. IV, 11. ubi de iis dicitur: *Quod non noverim differentiam inter dextram & sinistram suam.* Verum comparate verba hæc sunt intelligenda, respectu actualium peccatorum, non autem Originalis. Præterea proverbialis locutio est & generalis, convenienter Scripturæ S. explicanda; ex ea autem certum est, in & cum Adamo omnes fœdus legale transgressos esse, indeque factum, ut corrupti posteri Patrem etiam in actualibus peccatis imitarentur. Peccatum igitur originis omnibus ab Adamo natur liter ortis inest *φύσει*, non transit tantum *μιμήσει*. Omnes recesserunt à regula iustitiæ, sanctitatis & veritatis, ac miseri, fœtidi & corrupti facti sunt, quod vel nomen *πῦρ* arguit, ubivis obvium. Hinc *plage* & calamitates hominis. in quas post lapsum ille incidit, *mortifera* & insanabiles dicuntur, Mich. I, 9. Nah. III, 12. Conf. Jerem. XVII, 9. & B. Chemnitium in Loc. Theol. pag. 217. b. Huc etiam vox *Fermenti* pertinet, eujus mentio fit Hof. VII, 4. Quemadmodum fermentum semper ebullit, totamque massam fermentat; ita hoc quoque peccatum totos nos corrumpit. conf. 1. Cor. 5, 6. 8. Hinc *cordis durities* naturalis est, quæ nisi tollatur, fit habitualis Zach. VII, 12. Objectum est tota Lex Moralis, sive fœdus Legale in Paradiso cum Adamo initum, quod ille transgressus est, & cum eo omnes ipsius posteri, ut jam destituantur gloria imaginis divinæ ipsis concreatæ. Ita non tantum privati justitia, veritate, sanctitate &c. sed & in miserissimo perditissimoque statu positi sunt, in quo moriendum & pereundum omnibus, nisi Deus medicam manum pereuntibus præberet. Quod Vates passim & summam Hoseas XIII, 9. his verbis indicavit: *Perditio tibi, tua & exte est, in me vero auxilium tuum.* De gravioribus morbis Prophætæ perpetuo conqueruntur, videlicet *de Conemptu Dei, de Odio Dei & similibus*

Causa efficiens.

Subiectum prædicationis.

inhærensionis.

Objectum.

Forma.

milibus vitis nobiscum natis. *Apol. A. C. pag. 53.* De effectu demum ^{Effectus.} Peccati originalis tristis testatur experientia, nimirum calamitas, miseria & perditio omnis generis, quemadmodum ex dictis colligitur.

LOCUS VIII.

DE

PECCATO ACTUALI.

§. I

Inter effectus Peccati Originalis etiam actualia peccata numerantur, quando homines depravati concupiscentia & libidine ardent, sicut *clibanus ardens accensus à pistore*, per quem Hebraei malam concupiscentiam intelligunt, Hof. VII, 4. *Seb. Schmid.* diabolum tamen putat pistorem esse, ignem autem concupiscentiam malam inflammatam. Utcunque fuerit, res eodem recidit. Videamus primum hujus peccati nomina, quæ originalis etiam naturam expriment. ^{Synonymo.} Dicitur (α) חטא à חטא quod est errare, aberrare à via, vel scopo, unde peccatum erratum, delictum, erit. LXX. Interpretes ἀμαρτίαν plerumque vertunt. Hof. IV, 8. VIII, 13. Amos IV, 12. Mich. I, 13. II, 8. VI, 7. (β) שׁוּעַ transgressio. LXX. sæpius per ἀνομίαν interpretantur, nonnunquam etiam per specialia nomina, ut ἀσέβημα, Hof. VII, 13. VIII, 1. vel ἀσεβειαν, Amos I, 3. 6. 9. II, 13. III, 1. 4. 6. III, 14. V, 12. Mich. I, 5. 13. III, 8. VI, 7. (γ) יָרַע Iniquitas ab יָרַע turvum fuit, & cum ad animum refertur, notat perverse egisse. per ἀδύλακ frequentissime exponitur, Hof. IV, 8. V, 5. VII, 1. VIII, 13. IX, 7. XIV, 2. raro per κακίαν, Amos III, 2. per μάταιον, Hof. VI, 8. κόπον, Mich II, 1. Zachar. X, 2. idemque (δ) יָוֵלָה denotat, Mich. III, 10. Usurpatur tam pro malo culpæ, quam pœnæ, tam pro Originali, quam pro actualibus peccatis. (ε) שׁוּטְמָה adversatio, vel odium inordinatum erga Deum, satanicum; LXX per μαρίαν reddunt, Hof. IX, 7. 8. quæ certa morbi species, quo qui laborant, mente capti vocantur. Alii deducunt ex שׁוּטַע declinavit, deflexit, cum adversatione; cui cognatum שׁוּטַע adversatus est, quia peccatis à via legis Dei defleximus, eique adversamur. (ζ) בְּרַר Iniquitas, prævaricatio, perfidia, à בָּרַר prævaricari, Græcis ἐναπαλείπειν, Hof. V, 7. καταφρονέειν, VI, 7. à רָשָׁע improbus, inquietudo, à רָשָׁע impie & sedulose egisse, commotus est; quia impii subito moventur, & cupiditatibus rapiuntur. Hof. X, 13.

X. 13. (9) רע per *καὶ*, *καὶ* redditur. Hof. VII. 1. 2. 3. 15. X. 14. Joël III. 13. Jon. I. 2. IV. 2. vel ἵδ' *παισῶν*, Mich. II. 1. III. 2. Nah. I. 1 r. (1) נבלה *famitas*, Hof. II. 10. quia cultus est, qui contra legem Dei sanctam peccat, ignominiamque ac turpitudinem suam prodit. (2) שקר *falsitas*, *mendacium* à regula veritatis discedens, Hof. VII. 1. Mich. VI. 12. Zach. X. 2. (3) זמה *excogitatum*, vel conceptum animo *scelus*, Hof. VI. 9. (4) טמאה *pollutio*, *μασμα*, Hof. V. 3. ἀκαθαρσία, Mich. II. 10. (5) חלי *agritudo*, nempe quæ in animo est & cordi pariter ac corpori dolorem affert. Hof. V. 13. (6) מזב *mendacium* LXX. ψευδῆς, Hof. 8. 13. & νεὼν reddunt, Hof. XII. 2. (7) מרר à superiore *defectio*, *rebellio*, LXX. per ἀνίγειν exprimitur, Hof. XIII. 9. (8) מורר *vulnus, ulcus*, LXX. per ὀδύνην, Hof. V. 13. per ἐπέδρα Obad. I. 7. reddunt. (9) שערוריה *horrendum* quid maxime, *φαιδρῶν*, Hof. VI. 10. Majoris emphaseos gratia tertia radicalis geminatur & duplex litera hæmantica addita est. (10) נאפים *adulteria*, *μορχειαι*, Hof. VII. 4. legitur & geminata tertia radicali *נאפופים* Hof. II. 4. K. (11) זנותים *scortationes*, *μορχειαι*, Hof. I. 2. II. 4. IV. 11. spiritua-liter & corporaliter peccata sic dicuntur & committuntur. (12) כחש *mendacium*, *ψεῦδος*, Hof. XII. 1. Nah. III. 1. (13) נדה *separatio*, *divagatio*, Hof. VII. 13. (14) מרה *recessio*, *apostasia*, Hof. IX. 15. (15) מרמה *dolus*, Hof. XII. 1. (16) המרורים *amaritudines*, *exacerbationes*, Hof. XII. 15. דם *sanguis*, Joël IV. 20 Mich. III. 10 *injustitia*, *violenta*, IV. 19. Mich. VI. 12. Hab. II. 17. & ברק *laceratio*, *ruptura*, Nah. III. 1. da man sich von GOTT los reiſſet / und nicht an seine Geseße will binden lassen. Hæc Spiritus S. Grammatica rectius nos in peccati notitiam deducit, quam latina lingua, Calov L. de Pec. p. 4. Quare tot peccati nomina negligenda non sunt, digne tamen ob breviter explicari à nobis nequeunt.

Causa non
Deus.

§. II. Causam tantorum malorum non esse Deum, vel ex ejus attributis, bonitate, sanctitate, justitia apparet, de quibus L. de Deo §. II. quod ex Hof. I. 2. à nonnullis objicitur; Deum præcipiendo, ut Propheta mulierem fornicationum acciperet, videri causam fornicationis moralem: facilem habet solutionem. Nam Deus non scortari sed ducere mulierem tantum scortatricem jussit, cujus filii dubia quoque sint fidei, propter matris levitatem, ad idololatriam & spiritualem populi Israëliti fornicationem at-

guen-

guendam. Alii, cum Molinæo & Riveto, allegorice & parabolice intelligenda censent; sed obstat textus perspicuitas & præcepti repetitio, Cap. III, 1. s. intentio Dei & obsequium Prophetæ. vid. *Glasf. Grammat. Sac. Tr. 3. can. 14.* Neque hoc Deum peccati autorem facit, quod varie ad id concurrit (1.) ratione *præscientiæ*, quæ fatali rebus necessitatem non adfert, cum Deus nec peccatum, nec pœnam peccati velit, sed pœnitentiam, ceu ex Jona liquet, c. III, 4. ff. (2.) ratione *permissiōis*, Hof. IV, 14. 16. 17. VIII, 4. XIII, 11. Am. IV, 4. (3.) ratione *ordinationis ad bonum*, Hof. II, 9. Amos. IV, 12. Ita Jonæ fugam ex inobedientia profectam, Deus permisit, & direxit, ut ansam nautis cognoscendi & ulterius inquirendi verum Deum suppeditaret, I, 16. ejusque ex visceribus piscis post triduum incolumis evasio II, 2. 11. insignis Dei circa suos providentia, inprimis mortis ac resurrectionis Christi typus ac exemplar existeret. *Causa per se.* Causa itaque peccati tribuenda tum *diabolo*, homines seducenti, per idololatricam inprimis, Hof. IV, 12. V, 4. quæ Amos II, 4. *mendacium* vocatur, à Patre mendaciorum diabolo profectam. conf. Joh. 8, 44. Hof. VII, 6. Causa mali impulsiva cum pistore calefaciente, qui juxta *Schm.* diabolus est, exprimitur, qui calefacto furno seu materia mali subministrata, tamdiu dormit, ac massam fermentari patitur, donec opportunum tempus nactus subito prorumpat. Tum *libere* hominum *voluntati*, in agendo sponte sua deficienti. Hof. V, 11. *Ephraim quia voluit, ivit post jubere.* XIII, 9. *Perdidit te ô Israël &c.* XIV, 2. *Propter iniquitatem tuam corruisti.* Obad. 3. *Superbia cordis tui te decepit.* Mich. VII, 13. *Terra propter fructum operum suorum in desolationem erit.*

Causa per se.

§. III. Formale peccati in *avopia* seu illegalitate consistit. Hof. IV, 6. VIII, 1. 12. Amos II, 4. Sophon. III, 4. Mal. II, 8. Ideo peccatores *מיועב* *declinantes* dicuntur, Hof. V, 1. Peccato hoc omnes omnino homines coinquinati sunt. Mater, quæ omnia membra comprehendit, spiritualis adulterii accusatur, Hof. II, 4. 7. Idcirco tres potiores status propter peccata redarguuntur. VII, 4. Mich. VII, 2.

§. IV. Peccatum vero cum concipiens peperit, desperatos conscientiæ morbos efficit, Hof. VII, 2. *Circumdant eos actiones ipsarum.* X, 8. *Tum dicent ipsis montibus, tegite nos, & collibus, caduc super nos.* conf. Apoc. 6, 16. XIII, 13. *Dolores parturientis obvenerunt ei.*

Forma.

Subjectum.

Effectus per se.

E

Joël

Joël II, 6. *Omnes facies expalleſcent*, pallida morte veniente. Mich. IV, 9. *Apprehendu te dolor ſicut parturientem*. Nah. II, 10. *Cor liqueſcit*, & *tubatio genuum*, dolorque in omnibus lumbis, facies quoque omnium colligent atrorem. *Nunc rei ſunt*, Hof. X, 2. *וַאֲבָבִיבִי*, vel *vaſtabumur*, ut quidam reddunt. Unum enim ex alio ſequitur; malum culpæ excipit malum pœnæ. Hof. IV, 3. Joël I, 18. 20. *Beſtia agri quoque propter peccata publica affligi dicuntur*: quæ tamen proprie loquendo non puniuntur, quemadmodum *Hugo Grotius* Libri. II. de Jure Belli ac Pacis c. XXI. §. II. & *Pufendorf*. L. II. de Jur. Nat. & Gent. III. 3. obſervarunt; cum pœna peccatum præſupponat, & delicto reddatur, hoc autem, quia contra legem fit, in bruta non cadat; quare non tam beſtiæ puniuntur, quando intereunt, quam homines, qui utilitatibus ex iis capiendis privantur. Omnia mala pœnæ Deus propter mala culpæ hominum infert, teſtibus Prophetis. *An erit malum, quod Jehova non efficiat?* Am. III, 6. Mich. I, 12. ubi *וַיָּרָא* græce *κατα* malum quodvis nobis adverſum ſignificat, quodque natura fugimus. Joël II, 13. Amos IX, 4. Obad. 3. Jon I, 7. III, 10. IV, 2. Mich. II, 3. Nah. II, 14. III, 5. Hinc pœnæ temporales. Joël IV, 13. Mich. I, 5. V, 13. quæ vel *privata* ſ. *personales* ſunt, in ſingulis fere Prophetarum paginis obviæ, vel *publica* ſ. *communes*, è quibus quinque præcipue eminent. (1.) *Bellum*, Hof. V, 8. IX, 13. X, 9. 14. XI, 6. Joël III, 9. 10. Amos II, 2. IV, 10. VI, 14. VII, 9. IX, 1. 10. Mich. VI, 14. Nah. II, 13. III, 2. 3. 15. Hab. I, 6. ſeqq. &c. (2.) *Fames*, Hof. II, 11. IV, 10. IX, 2. Joël. I, 7. 10. 11. 12. 16. Amos IV, 6—9. V, 16. Mich. VI, 14. cum ſpiritali nonnunquam conjuncta, Amos VIII, 11. conf. Hof. II, 3. (3.) *Peſtis*, Amos IV, 10. conf. Exod. XII, 19. Habac. III, 5. (4.) *Beſtia*, Hof. II, 14. Joël I, 4. 6. Amos VII, 1. (5.) *Captivitas* ſ. *exilium* Hof. IX, 6. Amos I, 15. V, 27. VI, 7. VII, 11. 17. Nah. III, 10. Quæ pœnæ plerumque ſe excipiunt, & ſi tandem pœnitentia non ſequitur, cum excidio totali conjunctæ ſunt, quod & verbo ſignificanti *וַיִּכַּחַם* & re ipſa exprimitur. Hof. IV, 6. *Excifus eſt populus meus*, X, 7. *Excifa eſt Samaria*, v. 15. *Excifus eſt Rex Iſraël*. Obad. 5. *Quomodo excifus eſt, ô Edom!* Quoad rem, vide Hof. I, 4. 6. II, 5. IX, 16. XII, 3. Amos II, 9. IV, 2. VI, 9. 10. 11. VII, 8. VIII, 2. Obad. 10. 16. 18. Habac. III, 13. Sophon. II, 5. III, 6. Ad pœnas æternas verba refero æternæ, Hof. IX, 3. *Non habuabunt in terra Domini*: quæ quidem de promiſſionis

sionis terra Canaan loquuntur, nihilo tamen minus ad æternam istam
 quietem, cujus typus Canaan erat, respiciunt. De Edom Obad. 10.
 dicitur; *Exscinderis in æternum.* Omnes verò pœnæ communi *mortis*
 voce comprehendendi censentur, Hab. III, 5. *Ante pedes ejus ibit mors.*
 conf. Gen. II, 17. Quæ licet multæ gravesque sint, plerumque ta-
 men ab impiis susque deque habentur. Sophon. III, 2. 5. Vid. infra
 de Obdurat. Piis vero sacrum horrorem omnino injiciunt Hab. III,
 2. 16. & non ad remedium tantum quærendum excitant, sed & comp-
 pellunt, Hof. VI, 1. Joël I, 19. Amos IV, 12. Id nî fiat, Deus con-
 queritur, Hof. VII, 7. 9. 10. 11. Amos IV, 6. 8—11. Quapropter
 in pœnis non est murmurandum, Amos V, 13. VI, 10. VIII, 3. Mich.
 VII, 9. Habac. II, 20. Sophon. I, 7. Zach. II, 13. sed precibus ad Deum
 fugiendum, Amos VII, 2—6. Jon. II, 3. Habac. III, 2. & exemplo
 Nimitarum serio penitendum. Jon. III, 10. Peccatores autem
 Deus non exaudit, Mich. III, 4. Zach. VII, 13. (vid. L. de Pœnitent.)
 Ita mala partim immissa, partim imminencia vel temperari, vel aver-
 ti possunt. Hinc illustris divinæ misericordiæ & longanimitatis de-
 claratio elucet. Hof. II, 3. 25. XI, 8. 9. Amos IV, 11. Zach. III, 2. Li-
 cet autem divina clementia imminemem peccatoribus vindictam, ad
 veros penitentiae fructus eliciendos nonnunquam differat, nihilo ta-
 men minus, si ii non subsequuntur, tarditatem supplicii gravitate
 compensat, Hof. XIII, 12. Joël IV, 13. Amos VII, 8. VIII, 2. 7. Mich.
 IV, 12. V, 14. Hinc judicii dies ut quam maxime *terribilis* describi-
 tur, Joël II, 2—11. ut *luctuosissimus*, Amos V, 16. quia *perditio* velox, *Adjuncta;*
precisa & gravis erit, Mich. II, 10. *cedetque in proverbium & lamen-*
tationis formulam, vers. 4. *acrisum*, VI, 16. Eo faciunt sequentia: Nah.
 III, 6. *Vilem faciam te.* vers. 7. *Omnes videmeste, fugient a te.* vers. 19.
Omnes audientes famam tuam, manus super te complodent. Habac. I, 5.
Videte inter gentes, & circumspicite & miramini, quia opus sum opera-
turus in diebus vestris, quod non crederis, quando annunciabitur. II, 6.
Omnes super eo proverbium afferent, ac dixerunt & enigmata de eo.
 Sophon. II, 15. *Quomodo facta est in vastitatem, cubile fera? omnis trans-*
tens super ea sibilabit, movebitque manum suam. Pœnarum etiam gra-
 dus sunt. Majoribus enim beneficiis adfecti, majores pœnas luunt. *Gradus*
 Amos III, 2. Nec est, quod quis omnipotentis Dei manum effuge- *pœnarum.*
 re se posse, cogitet, quia *verax* est in suis comminationibus: Unde *Certitudo.*

Matri Synagogæ pœnam denunciâns addit: *Viri non eripiet eam e mari meâ.* Hof. II, 12. *In ipsa aurora Rex Israël excisus est.* X, 15. *Liber Das ist bald und pölich.* Joël I, 15. IV, 14. Sophon. I, 7. &c. *Pro-pinqui diei mentio fit, cui nulla est exceptio,* II, 3. Amos II, 14. IX, 1. 2. 3. 4. Obad. 4. Mich. II, 3. VI, 14. Sophon. I, 18. Mal. III, 5. *Exem-phis id demonstratur.* Jonas à facie quidem Domini aufugere tenta-bat, effugere tamen nequirit. I, 4. *Similibus declaratur, defunctis à cursu & velocitate equitum,* Joël III, 4. conf. Apoc. 9, 7. Habac. I, 8. *aquila ibid.* Hof. VIII, 1. *à rete & hamo piscatorio.* Hof. VII, 12. Amos IV, 2. conf. Habac. I, 15. *Evadere volentes in majus periculum inci-dent.* Amos V, 19.

Divisio.

§. V. Varias peccatorum divisiones Hôseas inprimis tangit,

quas paucis indicabimus, cum plura Decalogus suam infra locum habiturus suppeditet. *r. Voluntaria* innuuntur verbis Hof. IV, 8. *Ad iniquitatem tollere animam,* id est, anxie summoque cum studio desi-derare, item VI, 9. *Scelus facere,* *non enim præmeditatum,* delibe-ratum adeoque voluntarium peccatum indicat. Mich. VIII, 3. *Ad ma-lum manuum suarum diligenter intentum esse.* Sophon. III, 7. *Omnes actiones suas corrumpere studio.* Unde quæ Regnantia sint peccata, etiam constat. Prophetæ ejusmodi peccatores ipsis brutis assimilans, ut *juvencis refractarius,* Hof. IV, 16. *Onagris.* Hof. VIII, 9. *Vaccis pin-guibus,* Amos IV, 1. *Quæ involuntaria* sint, ex opposito colligitur. Huc locus de *Scandalo* pertinet, quod duplex, *datum & acceptum.* Eo refero Hof. V, 1. ubi de Sacerdotibus, Principibus & toto populo Israël dicitur, quod scandalum aliis dederint, dum *laqueus Mizpa, & rete expansum super Thabore fuerim.* Idem de falsis Prophetis ait IX, 8. & de Hierosol. quod *origo peccati filia Sionis,* & *in ea inventa sint defectioes Israël,* Mich. I, 13. de Sacerdotibus Mal. II, 8. *scribitis quod impingere fecerint multos in lege.* Jonas etiam inobedientia sua nautis scandalum præbuit, I, 11. *Ad acceptum* spectat Hof. IV, 13. Mich. I, 5. Utrumque Deus pro sua erga Jehudam bonitate olim præcavit, Hof. IV, 15. Alia peccata sunt *commissionis,* de quibus pleni sunt omnes Prophetarum libri: Alia *omissionis,* de quibus vide Hof. IV, 1. 10. X, 3. Sophon. III, 2. item *aversionis à Deo,* & *conver-sionis ad creaturas.* Hof. I, 2. II, 15. III, 1. IV, 12. VII, 13. 14. Quæ-dam sunt *interiora,* ut (a. *carnis suggestiones,* primique concupi-scentiæ

Ratione
causæ effi-
cientis,

Rat. actus.

Rat. subje-
cti.

scientiæ motus, qui *spiritus*, Hof. IV, 12. V, 4. & *cogitationum malari-
 rum*, Hof. VII, 15. Mich. I, 1. 2. appellatione nonnunquam indigi-
 tantur. Insignis locus est, Hof. VII, 4. 6. 7. ubi cor impiorum cum
 fornace accenso comparatur. Accedunt (b. carnis delectationes,
 Hof. VII, 5. IX, 1. Mal. II, 17. *Exteriora, vel in gestibus*, Hof. II, 17.
 vel *verbis*, Hof. IV, 2. X, 4. vel *factis*, ibid. &c. Alia peccata sunt in
 Deum, Hof. IV, 7. V, 7. VI, 7. VII, 13. ibid. v. 15. XIII, 9. XIV, 1. Rat. Objec-
 ti.
 Joël III, 4. Amos I, 7. Nah. I, 11. Sophon. I, 17. Mal. III, 13. II, 17.
 Alia in *proximum*, Amos I, 11. Obad. 10. Hab. II, 15. Eo etiam hære-
 sis refertur. Unde Deus Israëlitis exprobat, quod *filios alienos ge-
 nuerint*, i. e. apostatas, idololatrias fecerint, Hof. V, 7. & Sacerdoti-
 bus, quod tanquam rem extraneam legem reputarint, *Luth. Sic schel-
 tens Kegrey*. Hof. VIII, 12. Aliud porro *manifestum* est, aliud oc-
 cultum; quod hominum respectu ita dicitur: Deo enim minime in-
 eognitum est, Hof. VII, 2. Peccatum aliud alio est gravius, respec-
 tu (a) *personæ peccantis*, in statu Ecclesiastico, Sacerdotum, qui sæpius
 propterea redarguuntur, Hof. IV, 9. V, 1. VI, 9. IX, 8. Mal. I, 6. II, 1. ff.
 Politico, Hof. IX, 15. *Omnes Principes eorum apostata sunt*. (B) *Per-
 sone, qua offenditur*, ut, *Deus*. Omnia vero peccata contra ipsius san-
 ctitatem pugnant. (vid. divis. rat. Objecti.) *Homo*, præsertim fideles.
Qui vos tangit, pupillam oculi mei tangit, Zach. I, 8. Infideles, Nah. III, 4.
 VI. Omnium vero peccatorum maximum est *Induratio*, *Causa effi-
 cius*,
 cujus ipse homo autor principalis & directa est, qui se ipsum ex
 continuo peccandi studio sua malitia & contumacia indurat, & Spiri-
 tui S. conversionem ipsius intendenti resistit, & Diaboli suggestioni-
 bus obsequitur. Hujus criminis sæpe Israël accusatur. Hof. VII, 10.
 Amos IV, 6. I. Zach. I, 4. VII, 11. 12. Mal. III, 7. Nulla autem ra-
 tione Deus indurat, quando induratio ut peccatum & causa peccati
 spectatur, quin potius ab hoc crimine procul ipsum abesse patet,
 ex divina indurationis *prohibitione*, Zachar. I, 4: *contrario beneplacito*,
 itaque contra induratos, Zach. VII, 12. & *pæna*, ibid. v. 13. 14. Sub-
 Subjectum.
 jectum etiam indurationis, cum objecto & forma ex hoc Zachar. lo-
 coliquet. Istud, quod sint homines, quibus Deus voluntatem suam la-
 euenter & sufficienter patefecit, illi tamen *audire renuerunt*, *ocrosi-
 oem daram dederunt*, *aures obturarunt*, *ne audirem*, *cor instar ada-
 mantis posuerunt*, *ne audirem legem & verba*, *que misit Dominus exer-
 cituum*.

Forma. *citium in Spiritu suo per Prophetas*, quibus non tantum Lex sed etiam Evangelium comprehenditur. Consistit igitur induratio in inobedientia malitiosa & insanabili, & violenta resistentia, quando aures obturantur, cor in adamantem ponitur, & quasi callo obducitur, ne videat, audiat, intelligat &c. ceu ex ll. citat. colligitur. Unde

Effectus,
peccati gravitas, varia & gravissima *scelera* oriuntur, quæ Vates redarguunt, & de quibus passim conqueruntur, ut Hoseas IX, 9. *Profunde corruerunt se, h. e. ita sceleribus immergi sunt, & tam altas radices ipsorum malitia egit, ut extirpari amplius nequeat.* c. X, 15. *Propter malitiam malitia vestra, h. e. summam malitiam.* Joël III, 13. *Multiplicata est malitia eorum,* Amos I, 3. seqq. II, 1. seqq. obstinata malitia indicatur, quod tribus peccatis quatuor, & multis plura adjecerint, adeoque nullum peccandi finem fecerint. V, 12. *Cognovimus multa scelera vestra, & fœvia peccata vestra.* Hinc Amos IX, 7. *Israëlitarum peccata filii Æthiopum assimilantur.* Unde non possunt non pœnæ temporales & æternæ manere induratos. De quibus iterum Vates in locis indicatis. His adde sequentia: Mich. V, 15. *In ira & furore suo ultionem contra gentes faciet,* Mich. V, 15. Idem apud Malach. II, 2. Deus denunciat: *Nisi auscultaveritis, & nisi animo indideritis,* (conf. Hagg. I, 5. 7. & II, 18. 19.) *& tribuatis gloriam nomini meo, ait Jehova exercituum, tum omnino immittam in vos maledictionem, maledicam ipsis benedictionibus vestris, maledixi earum unicuique, quia non induis animo.* De æterna damnatione idem ait: *Percutiet Deus terram anathemate.*

pœnæ temporales,

æterna,

LOCUS IX.

De

LIBERO ARBITRIO.

Cum *liberum* hominis *arbitrium ad bonum*, pars imaginis divinæ fuerit, *arbitrium vero servum ad malum* pars sit peccati, locum hunc antecedentibus nexu convenienti subjungimus. Scriptura hominis non renati intellectum, ut nulla Dei agnitione imbutum, Hof. IV, 1. 6. non sapientem, nec intelligentem v. II. 14. depingit. Ex quo corrupta & plane emortua *voluntas* oritur, *cordisque defectus* indicatur. VII, 11. Arbitrium itaque hominis in spiritualibus nullum imo servum est. Confirmatur id a. *deus*, quibus asseritur, quod *Israëlitæ*

lita cor interceptum, sub peccato captivatum habeant, quod *spiritus fornicationis eos seduxerit*, Hof. IV, 11. 12. ut *non revertantur ad Jehovam*, nec *querant eum in omnibus his*. Hof. VII, 10. *nescierint facere rectum*, IV, 6. 8. 9. 10. β. *Exemplis renatorum illustratur*, Jonæ inprimis, c. I. IV. Si enim in renatis naturale vel carnale liberum arbitrium, etiam post regenerationem legi divinæ repugnat: quanto magis ante regenerationem legi & voluntati Dei repugnabit & inimicum erit? vid. Dn. D. Præsid. Theolog. Symbol. Artic. VI p. 84. γ. *Similitudinibus*, quando cor cum *adamante* confertur, Zach. VII, 12. & *feris indomitis*. (vid. pecc. voluntar.) Superest quidem aliqua libertas in rebus externis, civilibus &c. licet debilis. Potest namque homo irregentus verbum sub intentione ac ratione cujuscunque boni inquirendo desiderare, vel non desiderare, exemplo Israelitarum, esurentium, currentium & inquirentium, sed non invenientium verbum, Amos VIII, 11. 12. Hinc discrimen ingens inter *actiones ecclesiasticas* & mere *spirituales*, priores sunt adhuc in manu nostra positæ, non autem posteriores. Unde locus Amos V, 14. objici ab adversariis solitus: *Quarite bonum & non malum, ut vivatis*, facile solvi responderique potest; aut sermonem esse hic de rebus civilibus, v.g. justitia in portis recte administranda v. 15. aut de actionibus ecclesiasticis, ut auditu verbi divini &c. cujusmodi sunt εφ' ημῶν. Quare conversionem in hominis voluntate non esse concludimus, etiamsi undique in Prophetis dicatur: *Convertimini ad me*. Deus mandando, nullas in homine vires præsupponit, sed debitum indicat, & ad illud per verbum convertendi efficax homines excitat. Quo ut rite sine reluctantia utantur, ut sic Deo conversionem & salutem operanti locum haud inviti concedant, monet. conf. *Glasf. Grañ. S. L. III. can. 22. Augustinus libr. de Gr. & L. A. c. 5. ad objectionem Pelagianorum* è Zach. I. *Convertimini ad me & convertar ad vos*, & probate conantium; *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*, respondet: *non attendunt, qui hoc sentiunt, quia nisi donum Dei esset ipsa etiam ad Deum nostra conversio, non ei d. ceretur: Deus virtutum converte nos &c.*

Hujus generis dicta etiam sunt: Amos V,

14. 15.

LOCUS

LOCUS X.
DE
CHRISTO.

§. I.

Salvator
θεωδωπος
ω Γ.

Quia in hominibus peccatoribus summa perditio, & in solo Deo auxilii spes & sanatio reposita est, ad Deum medicum & Salvatorem recurrere debemus, juxta verba Hof. XIII, 10. & promissionem Dei, Hof. I, 7. Unde Salvatorem Deum esse debere liquet. Eundem autem duabus naturis constare, & Deum hominemque esse, Vates similiter clare demonstrant. Ita Hof. III, 5. Christus *Jehova & David*, i. e. Deus & homo vocatur. Mich. IV, 2. 3. Messias Doctor & Judex, Jehova & Deus Jacobi dicitur. Idem Vates cap. V. 1. 2. duplicem Messiae nativitatem, unam in tempore, alteram ab aeterno factam, eoque luculenter utramque naturam indicat. Ex te, Bethlehem, *mibi exhibit Dominator Israelis, cujus egressus inde à principio, à diebus seculi.* conf. Joh. I, 1. 2. 14. Zachar. III, 8. VI, 1. 2. *גֶּרְמַן* Germen Messias appellatur, de quo supra nonnulla diximus. Jam tantum addimus D. Aug. Varenii observationem in Comment. ad Es. XI, 1. p. 566. Quando, inquit, Christus absolute *Zemach* dicitur, licebit interpretari de Messiae nativitate aeterna, qua est naturalis Dei filius naturaliter, & de nativitate temporali, qua est ex Maria virgine. Idem Zachar. XIII, 7. *Virum coequalem vel proximum Deo* nuncupat Messiam. Adde his nomina officii, quae utramque naturam itidem inferunt, quia officium mediatorium Christus obire non potuisset, nisi

Humana
natura.

θεωδωπος ω Γ. fuisset, de quibus suo loco diximus p. 18. Christum autem esse verum, perfectum & naturalem hominem, probatur (1.) ex appellationibus, & nominibus hominem arguentibus. Appellatur enim *David*, Hof. III, 5. & *Davidis filius*. Hof. XII, 5. Angelus, Genes. XXXII, 25. *Vir* vocatur. Filius enim Dei ejusmodi apparitionibus incarnationi praelisit. In tali etiam forma conspicitur, Zach. I, 8. II, 5. hucque facit nomen *גֶּרְמַן* Germen Zachar. III, 8. VI, 12. quod *Tarnov*. Comment. in h. l. Messiae cognomen dicit, tum respectu ipsius, tum respectu hominum piorum &c. Et in L. C. ex hoc vers. ait, *naturam ejus humanam indicari, ejusque in statu exinanitionis*

con-

contemptam speciem innuit. Melius dicitur, ut monuimus, vocem illam indicare 1. in genere filiationem & originem: 2. in specie tum divinam, tum humanam. (2.) probatur è partibus hominis essentialibus, anima & corpore. Zachar. XII, 10. ita *θεωροῦσθε* ait: *Respicient ad me quem transfixerunt.* Historia autem passionis docet, Christum corpore transfossam, animam suam efflasse. Matth. 27, 50. Vero ipsum corpore præditum, illud etiam evincit, quando ei sanguis adscribitur, Zach. IX, 11. (3.) probatur ab operationibus hominis propriis, ut sunt loqui, Hof. XII, 5 Zachar. I, 9. 12. II, 2. IV, 1. equitare, Zach. I, 8. IX, 9. &c. Defectus & infirmitates naturales, quæ nunc sine vitio hominibus infunt, licet originem è vitiiis & peccatis trahant, ac ipsam quoque mortem, quatenus pœnæ, non culpæ rationem habet, sponte libereque assumpsit, ut *paupertatem*, Zachar. IX, 9. *passionem*, v. 11. à defectibus autem animæ corporisque vitiosis prorsus immunis est, indeque *justus* dicitur; ibid. & *sanctus* passim.

§. II. Cum igitur Salvator noster Deus & homo sit, & esse debuerit, & tamen non diversa persona Deus aut homo innuatur, sed uni eidemque salvatio, passio, redemptio tribuatur, ut ex adductis & porro adducendis locis constabit, hinc efficitur, divinam & humanam naturam in unum *ὑψίστου* coalescere debuisse, per mysterium aliquod maximum, quod unionem personalem, incarnationem, & assumptionem humanitatis in Deitatem vulgo vocant. Hoc mysterium exprimit nomen *ἄνω* *Zamach*, quod originem & filiationem cum divinam, tum humanam indicare diximus. Nam Gemen Jehovah est etiam germen s. fructus terræ. Utroque igitur conjuncto hypostatica duarum naturarum unio solide probatur. Germen quippe Jehovah, i. e. Filius Dei, factus est in tempore germen terræ, vel filius s. surculus Isai: quod fieri aliter non potuit, nec debuit, Scriptura duce & interprete, quam per incarnationem & unionem. Idem è Mich. V, 2. efficitur, ubi de Messia, cujus exitus ab æterno sunt, dicitur, quod *exire* ex Bethlehem Dominator debuerit. Verbum *ἄνω* egressum per generationem s. nativitatem notat, Gen. XV, 4. quod Judæi proindere recte intellexerunt, quemadmodum ex Matth. 2, 4. ff. liquet. Confer etiam Jes. XI, 1. quo Michas forte respexit, qui Jesaiam libenter sequitur. Non duo fuerunt, qui à seculo & in tempore exierunt, sed idem ille, cujus egressus ab æterno sunt, in tempore exiit è Bethlehem, puer

Unio personalis.

F

natus

Communi-
catio idio-
matum.

natus s. incarnatus. Quam exitus rationem impervestigabilem quidem esse, ingenue fatemur, id tamen affirmare possumus, de Incarnatione sic habendum, quod æternus Dei Filius in plenitudine temporis humanam naturam assumerit, æternoque fœdere sibi univerit, ac eidem & hypostasim suam & idiomata divina communicaverit. Unde facile constat, ex asserta unione personali, communicationem & hypostasios, & naturarum, & idiomatum liquidò sequi, de qua prolixè disputare nihil opus est, sed præstat pie credere, cum fieri sæpe soleat, ut, quemadmodum Lutherus haud abs re dixit, disputando veritas amittatur. Hoc unum si hîc urgeremus, ex incarnationis ratione & sine dictam communicationem validissime inferri, satis foret. Nam sine communicatione idiomatum Christus nos salvare non potuisset. Salvandi eramus per Dominum Deum nostrum, Hof. I, 7. & tamen etiam per Messiam hominem, Zachar. IX, 9. qui per sanguinem fœderis liberare vincetos è fovea infernali debebat, ib. v. 11. Sanguis autem humanus vim liberandi & emittendi non habuisset, nisi divina natura talem efficaciam ei communicasset, sicque divinus sanguis fuisset. Pretium infiniti valoris ut ex passione, sanguine & morte Christi ad nos redundaret, oportuit non nudum hominem sed Deum quoque pati, sanguinem fundere atque mori in assumpta carne. Sic generatim & simpliciter omnem confessione maximi mysterii rationem Vates tradunt. Nec difficile esset, tria communicationis idiomatum genera, quæ Theologi boni ordinis causa, nec sine rationibus in S. Scriptura fundatis tradunt, ostendere. Nam *primi generis*, ubi propria naturarum de Messia prædicantur, indicia manifesta è Zacharia adesse demonstravimus. *Secundum genus* vel ex salvatione & liberatione, quæ sanguini Christi tribuitur, itidem colligitur; eo enim Majestas, virtus ac potentia divina vere infinita requiritur. Hanc igitur humanæ naturæ communicari debuisse, asserere necesse est. *Tertium* denique ex opere redemptionis, Hof. XII, 14. & salvationis similiter efficitur. Ad hoc enim utraque natura concurrat, ac quælibet in operibus officii agit quod suum est, non tamen sola, sed cum communicatione alterius. Unde non seorsim operationes fluunt; sed una communis operatio est, quæ significanti voce Theandrica Theologis dicitur.

Officium
triplex.

§. III. Talis igitur idiomatum communicatio, ut hinc liquet, necessaria omnino fuit, ut Messias officii Mediatorii sive Redemptorii parti-

partibus rite defungeretur : & ad explicationem singularum muneris partium utilis est. Triplex autem vulgo Christi officium, nec abs re, statuitur, quorum primum dicitur *Propheticum*, quod toties insinuat, quoties vel Doctor, vel Pastor nominatur, & Pseudo-Doctoribus ac Pastoribus opponitur. Ita Joël II, 23. *Doctor ad justitiam* dicitur, & Mich. IV, 2. *docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis ejus.* Ubi Messiam Doctorem etiam Rabbinus agnoscunt. Mich. V, 3. de nascendo ex Bethlehem Dominatore Israël's Propheta ait: *Pascet in robore Domini, & in magnificentia nominis Domini Dei sui.* Zachar. XI. per totum cap. stultis pastoribus unicus & verus animarum Pastor atque Episcopus Messias opponitur. *Doctrina* ejus est cum *Lex*, tum *Evangelium*. Illam in Vet. Test. dedit, & in Novo exposuit, ut Malachias disertetestatatur, quando eum tanquam Dominum in templum suum venturum describit, & filios Levi purgaturum, III, 1. 2. 3. à traditionum scæbis, quibus Legem corruperant. Cujus vaticinii complementum in concione Christi montana est, Matth. V. VI. VII. Legem igitur Mosis non abrogavit, nec novam tulit, sed legem olim à se latam vindicavit & implevit. Quo monitum pertinet Malach. III, 22. (IV, 4.) *Memento Legis Mosis servi mei &c.* Præcipue tamen & primario doctrinam Evangelii è sinu Patris revelare & prædicare debuit, voluit. Hocque officio inde ab eo tempore functus est, quo Oeconomia Evangelica in Paradiso cepit, Gen. III, 15. Eo λογισφανεϊαι frequentissimæ faciunt, & quod Spiritus ejus in omnibus Prophetis fuerit, omnia ad Redemptionis negotium per ipsum perficiendæ spectantia, prætestificans, 1. Petr. I, 11. quod ex tot ubique obviis oraculis ad oculum luculenter patet. Evolve, si placet, sequentia loca. Hof. I, 7. II, 22. 23. III, 5. VI, 1. 2. 3. 4. 6. XIII, 14. XIV, 5—9. Joël II, 23. III, 5. IV, 16. 21. Amos I, 2. IX, 11—15. Obad. 17. 21. Mich. V, 1. 2. 4. 5. VII, 18. 19. 20. Nah. I, 15. Habac. II, 2. 3. 4. IV, 18. Zeph. I, 6. 8. 11. III 9. 14. 15. 16. 17. 20. Hagg. II, 7—10. Zach. I, 3. 13. 16. II, 5. 10. seqq. III, 5. 6. 8. 9. 10. VI, 12. 13. IX, 8—12. 17. X, 10. 11. 12. XI, 12. 13. XII, 8. 9. 10. XIII, 1. 7. 8. 9. XIV, 3. 4. 6—10. 16—21. Malach. I, 11. III, 1. 2. 3. IV, 2. Pertinent vero etiam cum primis ad hoc officium Christi, quod fideles sanctificet, misso in corda eorum Spiritu S. qui eos doceat, regat, consoletur ac vivificet, ut pii nostri Confessores loquuntur in Artic. III. Aug. Conf. Hoc declarat

clarat effusio Spiritus Sancti super omnem carnem; ut prophetent filii & filia &c. Joël III, 1. 2. Zachar. XII, 10. XIII, 1. ff. Qua insigni gratia, stultis fallisque Prophetis & Doctoribus sublatis, v. ros hodie Doctores & Pastores beat, qui ad agnitionem veritatis Evangelicæ & salutem æternam homines perducant, Zachar. XI, 3. 5. 8. 17. conf. Eph. 4, 11.

2. Sacerdotale.

II. Sacerdotale Messiz officium innuitur, quando non tantum nomen sed etiam functiones Sacerdotales ei tribuuntur. Zach. VI, 13. de viro *Zemach* dicitur, quod *Sacerdos, in throno Dei sedens*, futurus sit. Hujus typi Sacerdotes Vet. Test. fuerunt, & cum primis summus, ac nominatum Pontifex maximus *Jehosua*, Zachar. III, 1. ff. Functio autem Sacerdotalis generatim ea est, qua Christus secundum æternum Dei consilium & sponsonem à se factam, præstituto tempore venit, ut homines peccatorum vinculis detentos, è Satana & inferni potestate, fœderis s. testamentario sanguine liberaret & salvaret; quod cum agendo, tum patiando omnia fecit, quæ omnibus quidem mortalibus incumbabant, sed à nemine præstari poterant. Hæc descriptio è duobus potissimum locis Hof. XIII, 14. & Zach. IX, 11. nullo negotio eruitur & probatur. Sed per partes singula, ut clarius patefcant, ostendemus. Uno *Satisfactionis* vel obedientiæ meritoriz vocabulo cuncta exprimi solent, quæ Scriptura aliis vocibus effert, idem declarantibus, ut *redemptione, liberatione, salvatione, consilio Patris, s. reconciliatione* &c. In verbis faciles sumus, modo res ipsa salva sit & recte explicetur. Ad quod opus duo necessaria erant, ut legem Messias pro nobis impletet atque sustineret, quæ transgressoribus nobis sustinenda erant. Prius ex fine adventus Regis Messiz elucet, idque Zacharias indicare voluit, quando IX, 9. ad filiam Zion & Jerusalem dixit: *Eccè venit Rex tuus tibi justus, Salvator & salvatus &c.* Veniebat sane, ut voluntatem Patris faceret, Pl. XL, 9. & omnem justitiam à lege requisitam, s. legalem, impletet, Matth. 3, 15. quia ex fœdere pacis, seu pacto, quod cum Patre iniit, eor suum sponsondit, Jer. XXX, 21. & jugam legis importabile in se suscepit, exactissimeque implevit, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, Gal. 4, 4. 5. Hoc infert & postulat redemptio ex inferno & morte, Hof. XIII, 14. Passionem autem cruentam & vicariam Messiz, fœdus Patris inter Patrem Filiumque initum, indigitat, quod sanguine pangi &

CON-

confirmari debebat, eeu ex locis Zachariae semel iterumque citatis constat. Nam & vetus foedus sanguine factum est, Exod. XXIV. 8. Hinc notanter dicitur בְּרֵךְ in sanguine foedus tuum, ubi בְּרֵךְ quemadmodum Hebraei loquuntur, est בית העזרזר *beth auxilii*, causam, instrumentum & modum actionis, & hic nominatim causam salvationis meritoriam notans, quae in sanguinis effusione consistit. Hoc enim, fusius docente *Dorschee* in Theol. Zach. p. 51. ff. requirit 1. *typi ratio*, 2. *foederis divini indoles*, 3. quia in hac ratione sanguinis exercetur actus obedientiae satisfactoria Deo debita pro peccatis, Lev. XVII, 11. 14. *Jes* LIII, 5 6. 8. hincque Messias dicitur בְּרֵךְ *adfectus*, humiliatus, tyrannice oppressus, Zach IX, 9. Idem Propheta cap. XIII. 17. his verbis exprimit: *Gladie, evigila super pastorem meum, & super virum, qui proximus mihi est, dicit Dominus exercituum, percutite pastorem &c.* Ubi gladii voce omnes adfectiones, quas Christus anima & corpore, passionis tempore, propter nos sustinuit, intelliguntur. conf. Luc. II, 35. Dein verbum בְּרֵךְ & nomen inde deductum מַכָּה de percussione cum magnis doloribus, & sensu conjuncta, in Scriptura sumitur, ut diversorum locorum collatio ostendit, in primis Deuter. XXV, 3. seqq. Unde etiam idem vocabulum crebro profus *occidere & delere* significat, ad quam significationem Chaldaeus Paraphrastes verbo חָרַק respexit. In Nov. Test. verbum *κατασφραγισεν*, Luc. 12. ei respondet, quod ejusmodi percussione significat, ut ictus sonitum s. strepitum aliquem edat, docente *Henrico Stephano*. Hinc ergo intelligitur obedientia Christi usque ad mortem, mortem inquam crucis, Phil. II, 8. quod Zacharias etiam XII, 10. exprimit, quando Messiam θεὸς ὁμοιωθῆναι sic loquentem inducit: *Ei adspicient ad me, quem confixerunt: בְּרֵךְ* notat proprie *confessionem, qua ferro fit, & lethalis est*, ut R. *Nabban* in Concordant. observat. Quare mors Messiae, & genus etiam mortis clare hic indicatur. confer. Psal. XXII, 17. 18. Nec diram tantum crucis mortem Salvator sustinere debuit, sed cum homines per peccatum in damnationis statum incidissent, eum quoque subiit, qui per lacum, in quo non sunt aquae, indicatur à Zach. IX, 11. conf. Ps. XXVIII, 2. XL, 3. adeoque omnes illas poenas, quibus obnoxium genus humanum erat, interque eas infernales etiam, & mortis spiritualis horrendos aculeos sustinuit atque sensit, licet non in loco inferni, nedum in purgatorio, vel limbo Patrum, ut lacum perperam Pontificii explicant.

pliant, quos solide & copiose refutavit *Dorscheus* cap. VII. Th Zach. Ita verba quoque apud Hof. XIII, 14. capienda: *E manu s. potestate inferni eos redimam* מַדְּיָמָא mediante lytro sanguinis pretiosi, & morte liberabo eos. Emissio igitur vincitorum è lacu infernali à Messia facta est, per modum redemptionis & solutionis pretii, susceptionemque maledictionis universalis, Galat. III, 13. 14. Hinc vocabula in Nov. Test. frequentia, λυτῶν, ἀπολυτῶν cum nominibus, Luc. I, 68. Rom. III, 24. & similia ubique obvia, ut promissionum inde Evangel. & mysterii redemptionis harmonia luculenter per totum Vet. ac Nov. Test. pateat. Hoc vero satisfactiois, liberationis & redemptionis beneficium ad omnes homines pertinere, ex locis allatis similiter probari potest. Nam peccatorum vinculis constrictum, & æternæ morti, diabolo atque inferno totum genus humanum obnoxium erat. Hoc dum ea ratione, qua diximus, solvit, pro omnibus atque singulis ἀνίλυ-
την se dedit. Nec est, quod excipias. Ecclesiam Judaicam ejusque vincitos tantum solvendo intelligi. Eam quidem Zacharias compellat, cum ad eam inprimis Messias cum beneficiis spectet; quia tamen ibidem dominum etiam Messie à mari ad mare, & usque ultimos terra fines se extendens describitur, facile liquet, universale quoque hoc beneficium esse, & liberationem ab omnibus peccatis eorundemque pœnis, temporalibus & æternis inferre. Altera Sacerdotalis officii pars, interpellatio sive intercessio, ex eo elucet, quod apud Patrem pro populo intercedat, dicendo: *Quousque non misereberis Hierosolymorum & urbium Jude &c.* Zach. I, 12.

3. Regium.

III. Regium officium indicatur, quando Rex vocatur, Zachar. IX, 9. Triplex vero ejus est regnum, (α potentia, cujus objectum omnes sunt creaturæ, unde vocatur, *Dominator in Israël*, Mich. V, 2. & quidem magnus usque ad fines terra. v. 4. *Dominator in solio suo*, Zach. VI, 13. *Rex super omnem terram*, XIV, 9. *Rex Dominus exercituum*, ibid. v. 16. 17. *Cujus imperium à mari ad mare, & à fluvio usque ad finem terra*, IX, 10. Quæ omnia immensum, divinum & universale imperium, Christo secundum utramque naturam tributum, denotant; & speciatim secundum humanam: de eo enim Rege, qui pauper venit, Vates hic loquitur. Huic regno potentia alterum regnum (β gratia idem Propheta copulat, quia illud ad hoc est ordinatum. Messias enim orbi terrarum, & speciatim fœderatis suis, sanguine suo purpuratis, è lacu

lacu profundo emissis, dominatur. Imò etiam regnum gratiæ Messias in totum terrarum orbem extendit, Mich. IV, 1. 2. Hagg. II, 6. 7. Ubique enim Ecclesiam per verbum & Sacramenta colligit & sanctificat, illuminat, Doctoribus & Pastoribus illuminatis dona Spiritus Sancti largissime impertit, gentes convertit, salvat, ut ex locis sæpius citatis & cognitis liquet. Unde & hoc constat, regnum Messias non esse mundanum sed spirituale, quod ex Zach. IX, 10. itidem evincitur, & Mich. IV, 7. 8. conversi fidelesque constituentur, Hof. XIV, 4. & venerabuntur tanquam Caput & Regem unic. m, Hof. II, 2. III. 5. Zach. XIV, 9. qui potentissime eos defendit, hostes autem eorum judicat, Mich. IV, 3. Ex nonnullorum sententia, Sacerdotium & Regium Christi officium conjunguntur, Zach. VI, 13. (*γ* Ad regnum gloriæ, triumphus Christi regius pertinet, quem à diabolo, inferno & morte reportavit, Hof. XIII, 14. cujus etiam Habac. III, 3. seqq. meminit.

§. IV. Sed de his ac similibus ad exaltationis statum ubi devenerimus, quem verò status exinanitionis antecedit. Ad hunc refertur *navvitas* humilis ex Bethlehem, parva & contempta respectu aliarum urbium Judæ, sed nobilitanda & ortu Messias exaltanda, Mich. V, 2. Eo quoque nomen *נוצ* *Zemach* referunt, existimantes, Christum ita dici propter solam *ἐσαρκωσιν ἢ ταπεινωσιν*, incarnationem, & exinanitionem, cum germen proprie id sit, quod è terra nascitur, & exiguis obscurisque initiis crescendo progreditur. Hinc præfigurari eo volunt (1.) nativitatem Christi terrenam & temporalem, quod instar furculi proditurus esset è terra & è trunco velut succiso & fere emortuo, omnique ramorum, frondium ac viroris gloria destituto: (2.) teneram & abjectam Christi conditionem, & *μορφὴν δούλου*, sive formam illam servi, quam ad tempus induit, Phil. II, 7. Conf. Jes. XI, 1. & LIII, 2. ex quibus locis hæc sententia vel illustratur, vel confirmatur. Huc quoque *Tarnov*. Mal. III, 2. trahit: *Quis sustinebit diem adventus illius, & quis sustinebit, cum apparuerit?* conferens vocabulum *ἡμπαρεια* è Nov. Test. locis, de humili adventu agentibus, 1. Tim. III, 16. &c. Interim exinanitionis forma non absolvitur sola incarnatione, vel carnis assumptione, sed plenarii usus Majestatis divinæ spontanea veraque abdicatione ad tempus facta, quæ una voce *pauperatis* indicatur significanter à Zach. IX, 9. Nam Christus assumpsit naturam pauperem etiam

Exinanitio.

etiam in utero, non quod mendicus fuerit, aut possessionem, proprietatem & dominium rerum totius orbis resignaverit: aut infinitam opulentiam divinam sibi non accommodaverit, licet creaturis semper & indefinenter, tanquam opulentissimus Dominus, cœlestes divitias juxta humanam naturam dispensaverit. Nam, ut nervose D. Donschens arguit in Theologia Zach. p. 160. *Exinanitio forma divina non tantum divitiarum divinarum non usurpationem, quoad ipsam Christi Jesu humanam naturam designat, sed etiam denotat, Christum hominem non usurpasse divitias ratione gubernandarum creaturarum universi. Nam forma divina, exinanita in Christo homine, non tantum est Majestatis divina plenissima usurpatio ad intra & quoad humanam Christi naturam, sed etiam quoad extra, & creaturas Christo homini subditas. Sane forma servi assumptio eo usque se se extendit, salva unione personali, quousque se se forma Dei omni opulentissimi & rē ēvay iox dēis Majestas extendit. Hac vero non ad intra solum, sed ad extra & respectu creaturarum gubernandarum fuit, & à momento unionis futura fuisset, nisi nēvotus intercessisset. Ad hanc servi formam Deus Pater apud Zachariam respicit, III. 8. Ecce, inquit, ego adduco servum meum Zemach: & c. IX, 9. adventus Messiae abjecta humilique forma factus, satis ostendit, quod Messias plenarior Majestatis dominique divini ibidem expressi usum se abdicaverit. Quod ideo fecit, ac facere debuit, ut affectatam à Protoplastis Deiformitatem expiaret, quæ non rapuit, solveret, nosque omni benedictione spirituali in supracœlestibus, Ephes. I, 3. I. Cor. I, 5. & 2. Corinth. 8, 9. quibus carebamus, Rom. 3, 23. ditaret. Postquam amissimus imaginem Dei, abalienati à vita, sapientia, veritate Dei, & venudati sumus sub peccatum, Rom. 7, 14. Ephes. 4, 18. Hac & similia munera, ut nobis acquireret Jesus, ipse *ωλεσθη* & *ὦν* in possessione Majestatis & gloriæ cœlestis, ab usu illius opulentiae, quando visum & necesse fuit, abstinuit. Nam in hoc ipso exinanitionis & paupertatis statu subinde quoque radios divinæ sapientiae, scientiae & omnipotentiae exseruit, quemadmodum vel ex Matth. 21, 1. ff. dilucide constat, ubi Zacharianum vaticinium adducitur. Exinanitio autem, ut per totam vitam Messiae se se prodidit, ac speciatim quoque in ejus educatione, abjecta in Egyptum fuga, ceu colligitur ex Hof. XI, 1. in primis tamen luculentissime ex passione & morte elucet, de qua supra p. 54. & seq. forte, quod satis est, diximus.*

Quare

Quare pauca nunc de *Exaltatione* subjungemus. Primus illius gradus *Exaltatio*. est *Descensus ad inferos*, non *metaphoricus* vel *virtualis*, passionis virtute & merito factus, de quo Zach. IX, 11. agere fatemur; sed realis, triumphalis s. victoriosus, quo Redemptor non è manu tantum vel potestate inferni nos liberavit, sed etiam *pestis factus est morti & exitium inferno*, Hof. XIII, 14. Quod sane tum factum censerì debet, quando Salvator diabolum expoliavit, qui mortis & inferni potestatem habebat, deque eo triumphavit. At factum hoc alii scriptores sacri in descensu Christi ad inferos testantur. Talem igitur descensum victoriosum hic prædictum, haud abs re credimus, Pauli testimonio irrefragabili inducti, 1. Cor. 15, 54. s. Unde liquet Vatis nostri verba *ἐπιβιβίου* continere, quod in suo descensu Christus cecinerit. Quo Petrus forte verbo *ἐπιβιβίου* respexit. Christus autem post vivificationem corporis nuper mortui in infernum descendit, quam primam exaltationis gradum alii dicere malunt. De hac ut & resurrectione ejus Hoseas sub nomine fidelium VI, 2. *vivificabit nos post biduum* ipse vivificatus, sive vitæ redditus, postquam mortuus fuerat, & ipse *tertio die* resurgens simul secum *nos excitabit, ut coram ipso vivamus* vitam spiritualem, quæ ex Deo est, in hac vita s. regno gratiæ, & postea in regno gloriæ. Ita plenaria sanatio nobis obünget, Eph. 2, 6. 1. Cor. 15, 4. 22. Huc quoque exemplum Jonæ per triduum in ventre piscis commemorantis indeque vivi ejecti pertinet, II, 1. Matth. 12, 40. *Ascensio* in cælum è monte oliveti, itidem è Zach. XIV, 4. Act. 1, 9. 12. colligitur. *Sessio ad dextram Dei*, sive omnipræsens & omnipotens dominium è Zach. XIV, 9. IX, 10. coll. cum 1. Cor. 15, 25. patescit. Quæ cum omnia exactissime sibi respondeant, & in Jesum Nazarenum quadrent inque eo completa sint, contra Judæos valide probamus, eum unicum & verissimum Messiam, nec alium expectandum esse.

LOCUS XI.

De

JUSTIFICATIONE.

Quia Messias *justus & salvatus* venit, finis ejus adventus perspicue indicatur, nempe quod justitiam & salutem acquirere debuerit. Cum igitur hæc præcipua beneficia sint, primo loco de Justificatione

G

Justifica-

Causa efficiens.

Meritoria.

ificatione agere placet, atque sic ostendere, verum esse, quod Paulus Rom. 3, 21. ait justitiam Dei etiam Prophetarum testimonia habere. Judæi fatentur Habacucum II, 4. verbis *justus fide sua vivet*, omnia Legis præcepta, quæ 613. faciunt, ad hoc unum redigisse. Præcipuum igitur fidei Articulum de fide justificante esse, largiuntur. Vid. Theol. Jud. Dn. D. Præf. L. IX. §. 1. Quia *justitia & salus* conjunguntur, eandem utriusque causam esse, sequitur, quas ordine persequemur, vel potius tribus vocibus indicabimus, quæ sunt Gratia Dei, Meritum Christi & Fides. Totum justificationis & salvationis opus, gratiæ & misericordiæ Dei tribuendum, uno ore Vates clamant. Apud Hoseam I, 7. Deus dicit: *Domus Jude miserebor & salvabo eos per Dominum Deum* Cap. II, 21. Christus spondet, quod se nobis *desponsare velit in justitia & judicio, in benignitate & misericordia*, & miseraturum ejus, cujus ante non miserum sit, 25. Michas summam hanc Dei justificantis gratiam Cap. VII. verbis emphaticis, *condonare, præterire prævaricationem v. 18. & misereri v. 19.* exprimit. Luculentus etiam gratiæ justificationis typus Zach. III, 4, 5. innuitur, per vestium sordidarum (quales sunt justitiæ nostræ propriæ, Jes. LXIV, 6.) depositionem, & rursus per donationem preciosarum vestium (perfectæ Christi justitiæ.) Non obscurum est, Gratia vocem in his similibusve locis non nisi de gratuito Dei favore intelligi posse, qui intus ipsum compulit, ut perditorum misereretur, in quibus nil erat, quod movere ipsum poterat, nisi summa nostra miseria. Deo enim refractarii & ab eo aversi eramus, Hof. XIV, 5. *iniquitatibus, defectioibus,*

Mich. VII, 18. & *peccatis* 19. abundantes. Illa tamen justificationis gratia non est absoluta, sed meritum Christi præsupponit, inque Mediatore fundata est. Hof. X, 12. *Tempus est querendi feboram, donec veniat & perfundat super vos pluviam justitiæ*, h. e. sufficientissimam imputatam Christi justitiam, qua omnis imperfectio tegitur, quam ipse Christus peperit, docet & applicat. Unde nomen ipsi, *Doctor justitiæ*, Joël II, 23. Zacharias IX, 9. digitum quoque huc intendit, quando venturum dicit bono Sionis & Hierosolymorum Regem *justum*, i. e. justificantem, justitiam veram acquirentem, per sanguinem fœderis gratiæ. Quo sensu etiam Malach. III, 1. *Angelus fœderis* s. melioris Testamenti sponzor dicitur, ut Paulus Hebr. 7, 22. Malachiæ phrasin exprimere videtur, & *Sol justitiæ*, v. 20. Zach. XIII, 7. *Vir pro-*

XVIIII

ximus Patris vocatur, der Ihm der nächste und allezeit umh Jhn
 ist/ non propter *quosdam* tantum, sed etiam propter exhibitum pro
 nobis sacrificium; ut *θεωθεὸς consummatus* omnibus obedientibus ipsi
salutis aeterna causa (efficiens pariter ac meritoria) factus, atque adeo
 summo jure nuncupatus *su Pontifex summus secundum ordinem Mel-*
chisedek, Ebr. 5, 9. 10. Fides autem sola gratiam hanc manu quasi
 prehendit, quod Hab. II, 4. indicat: *Justus in fide sua vivet.* Apoko-
 lus particulam \square Rom. 1, 17. omisit, cum suo proposito non mul-
 tum inserviret, ubi de justificatione in genere agit; alibi tamen Gal.
 3, 11. & Hebr. 10, 38. expressit, & quidem per *ἐν, ἐξ.* Unde hoc
 colligere licet, *ἰσθουσαμὲν* esse, *ἐν πίστει, διὰ πίστει, πιστεῖ*, in hoc
 articulo apud Paulum. Sola itaque fides exclusis operibus omnibus
 justificat; huic enim soli vita tribuitur. Bona opera de justificatione
 quidem exemplo Ninivitarum Jon. III, 10. testantur; circulum tamen
 hunc minime ingrediuntur. Soli huic vita tribuitur, quia sola
 verbum vitae, Evangelium & Christum, apprehendit. Ex lege au-
 tem non est vita (Gal. 3, 11.) spiritualis, nec justificatio; sed *justus ex*
fide vivet. Sic enim Paulus ex hoc loco Habacuci argumentatur: Ex
 quo non est vita spiritualis & divina, ex eo non est justificatio. Ex
 lege & operibus à lege mensuratis &c. E. Conf. *Dorsch. Th. Zach.*
p. 56. f. qui etiam ex phrasi Zachariana IX, 11. *in sanguine foederis*
tui, copiose valideque colligit, instrumentum & apprehensivam fœ-
 deris cruenti conditionem, ex parte hominis, non nisi fidem esse,
 h. m. Quo vinculo fœdus Dei, à Deo promulgatum & summa mysterio-
 rum cœlestium pulchritudine revelatum *su primum fœdus Ecclesie, quo*
modo & instrumento sanguis Dei foederantis sive Messie, su sanguis Eccle-
sie, eo instrumento & vinculo su conjunctio & unio hujus sanguinis fœ-
deralis cum Ecclesia. At fide, cor ad assentiendum & fidendum ipsi san-
 guini fœderali illuminante, sola, primum fœdus Dei *su fœdus Ecclesie,*
& sanguis fœderalis Messie su sanguis fœderalis Ecclesie. Hoc probat,
 cum ex fœderum ratione, ubi fiducia certò sibi persuadet confœ-
 deratum firmiter statuum in icto fœdere, & certissima est de ho-
 nis promissis, nixa fœderati potentia, veracitate, gratia & prom-
 titudine; tum ex fœdere Abrahamitico: Abraham enim in fœdus
 cum Deo mediante sanguine fœderali per fidem ingressus est, Ge-
 nes. XV, 6. Idem ex fœdere Mosaico & Prophetico, ut loqui amat,

- afferit, & ubique fidem ab hominibus requisitam ostendit. Nos ex nostris Vatibus urgemus Hof II, 20. verba fœderantis & desponsantis se Messia cum Ecclesia, quibus fidem stipulatur. *Desponsabo te mihi in fide.* Ne vero quis temere sibi persuasum habeat, quod credat, cum tamen nesciat, quid fides vera sit, Prophetæ non tantum *ἀμείβαν* subinde graviter redarguunt, sed etiam indolem fidei justificantis dilucide describunt indicantve. Ita Hof. IV, 1. conqueritur, quod *veritas, charitas & notitia Dei nulla sit in terra.* Tribus absolvi sive actibus sive partibus fidem, tralatitium est: de quibus sigillatim indicanda loca sunt. I. *Notitiam* non qualemcunque, aut confusam, sed certam, veram, vivam distinctamque Hoseas requisivit VI, 3, quando de fructibus vivificationis & resurrectionis Christi loquens sub persona fidelium sic ait: *ut cognoscamus Salvatorem, & persequamur* omni studio magis magisque *cognoscere Dominum*, eique adherere unice ac firmiter per fidem. *Notitia* enim sui justificare Messiam multos noverunt ex Jel. LIII, 11. Mox v. 6. *delectari se magis cognitione Dei, quam sacrificiis* prodit, cum hæc abrogata voluerit in Nov. Test. utpote finem & complementum in Messia, sive Jehova justitia nostra, sortita. Oracula sua ita claudit (Hof. XIV, 10.) *quis est sapiens, ut intelligat illa, prudens, ut cognoscat ea; quia recte sunt via Domini, & justi incedunt in illis.* Ubi sane justos per fidem intelligit, eosque non cæcos, nec stolidos, sed intelligentes, prudentes & illuminatos esse declarat. II. De *Assensu* passim quoque Prophetæ testantur, & cum primis urgent, ut Israëlita firmo assensu recipiant comminationes haud tantum sed etiam promissiones, exemplo Ninititarum, de quibus Jonas memorat III, 5. quod *crediderint Deo* nunciandi excidium, & resipuerint. III. *Fiduciam* vel ipsa vox *אמונה* *Emuna* indicat, cujus emphasim Paulus præclare expressit & uris potissimum ex Habac II, 4. docuitque eam esse perseverantiam & *ἐπιζόμενον ὑπομένειν*, Hebr. 10, 35. ff. II, 1. *Credere & confidere*, *אמן* & *אמונה*, pro iisdem habent sacri Scriptores, & unum per alterum explicant, Mich. VII, 5. imò *speculari & sperare* non alio sensu usurpant, ibid. v. 7. *Ego autem in Jehovam respicio, expecto Deum salutis meæ: v. 9. ut videam justitiam ejus, eam habeam, accipiam per fidem, quando litigaverit lutem meam, me absolverit à peccatis, quibus iram ejus promeritus, & portare etiam coactus sum.* Hincque simul constat,

Fidei veræ
indoles,

Notitia.

Assensus.

Fiducia.

stat, Articulum totum de Justificatione per processum forensem describi. Unde ejus forma & ratio facile innotescit, quam idem Michas eodem capite v. 18. & 19. significanter expressit per *condonare iniquitatem, transire praevaricationem, non tenere iram in aeternum, subigere vel suppressere iniquitates, precipere in profunditates maris omnia peccata*. Vulgo dicunt, justificationem consistere 1. in non imputatione sive remissione peccatorum, quæ pulchre hic à Micha, nec uno modo descripta atque depicta est: 2. in imputatione meriti Christi; quo refero Hof. X, 12. *donec veniat Dominus, & perfundat super vos pluviam justitiae*, i. e. donet justitiam imputatam, prout supra exposuimus. Huc similiter Zach III, 4. 5. pertinet, & argumentum egregie illustrat. Quos Deus justificet, colligi pariter è superioribus potest. Cum enim *justificare* idem declare ac à peccatis absolvere, peccatores utique sive impii justificantur, verum non qua tales sunt manentque, sed pœnitentes & credentes. Malachias proinde dixit, *timemibus nomen Domini exoriturum Solem justitiae*, III, 20. Filiae Zion & Jerusalem, id est, fidelibus venit Messias justus, ut suam ipsis justitiam donet, Zach. IX, 9. Tametsi enim omnibus justitiam amissam promeruerit & dare paratus sit, soli tamen pœnitentes & credentes eam reapse consequuntur. Deus libenter salvare vult per Dominum Deum omnes homines, sed multi Regem justitiæ & Salvatorem respuunt, & sua culpa pereunt. Qui autem revertuntur, & quarunt Dominum Deum atque Regem, pavidique accedunt ad eum & ad bonitatem ejus, Hof. III, 5. justificantur & salvantur. Quæ quantaque beneficia obtingant iis, qui oblata bona apprehendunt, vix satis dici potest. Nominabimus tamen nonnulla, à Vatibus nostris tacta, ut sunt 1. adoptio in filios s. populum Dei. Apud Hoseam Deus ait II, 1. futurum, ut qui *lo ammi*, non populus Dei fuerit, *vocentur filii Dei vvi*. v. ultimo; *Dicam non populo meo, populus meus es tu*. 2. Abundantia bonorum cœlestium, indicata corporalibus rebus vel phrasibus inde desumptis, sed ad sublimiora, pro styli prophetici ratione transferendis. *Exaudiam cœlum, & cœli exaudient terram*, ut dona Spiritus largissima defluant, qualia sunt *pax spiritualis* & quies ex vulnerum sanatione orta, Hof. VI, 1. *letitia*, Joël II, 23. Zach. IX, 9. & alia innumera beneficia, quorum summa Hof. XIV, 6. 7. 8. legi potest: Speciatim *inhabitatio Dei*, Sophon. III, 17. Zachar. II, 14. 15. sive unio fidelium cum

Forma.

Objectum.

Effectus.

Affectio,
nes.

cum Christo mystica, Hof. II, 2 r. ff. Ita multis modis Deus in fidelibus suis gloriosum se exhibebit, qui tanta munera gratis animis excipiant, & Deo suo in sanctitate & iustitia servient, Hof. VI, 1. seqq. Mich. VII, 18. Nec est (1.) quod de horum bonorum certitudine dubitemus, quæ certissimis Dei promissionibus nititur, quam non infringunt loca Joël II, 14. Jon. III, 9. *Quis scit, si convertatur & ignoret Deus?* Nam verba hæc non tam dubitantis sunt, quam bene sperantis & opem Dei desiderantis. Optime *Lutherus* in citato loco Joël Tom III. Jen. Lat. f. 504. *Loquitur ad modum perterritæ conscientia, quæ vix tandem post afflictionem erigitur, & incipit respirare ad spem & bonitatem Dei.* Porro est hæc phrasîs Hebraica, quæ non dubitationem sed affirmationem significat, cum voto, ut si dicam Germanice: *Er wird sich / ob Gott will / noch wenden.* *Utrumque enim significat, spem mutationis & votum.* Latine non ita bene reddi potest. (2.) Eandem esse justificationis rationem & fuisse, ex quo Oeconomiæ gratiæ Deus instituit, patet ex locis Prophetiis ab Apostolis adductis, inprimis Paulo, Rom. I. Gal. 3. Ebr. 10. & 11.

LOCUS XII.

DE

UNIONE MYSTICA.

Causa efficiens.

Justificationem nostram excipit suavissimus ille nexus, quo se Salvator noster, imo tota SS. Trinitas, hominî fidei quam arctissime jungit, eique gratiam & beneficia sua omnia obsignat. *Unio mystica* vulgo dicitur. Totum hoc mysterium apud *Hoseam* II, 21. 22. his verbis continetur; *Et desponsabo te mihi in æternum &c.* Alloquitur hic Salvator Ecclesiam suam, eique amorem & unionem indissolubilem modo singulari spondet; Pater tamen & Spiritus S. excludi non debet, cum sit opus ad extra. Unde quidam interpretes verbum desponsandi ter repetitum ad SS. Trinitatis mysterium respicere putant, nominatim *Tarnovius*, cujus hæc sunt in locum verba: *Sicut in nomine trium personarum Divinitatis baptizamur: ita unaquæque S. Trinitatis persona hanc desponsationem procurat.* Filio tamen peculiari ratione sponsalia tribuuntur, qui solus noster sponsus vocatur, & ad

& ad hunc actum non tantum *efficienter* sed & *terminative* & modo quodam interiori concurrens; qui etiam ejusdem *causa meritoria* est: Meritoria. cum enim per peccata avulsi à Deo essemus, ipse nos in *justitia, iudicio, gratia & misericordia* Deo iterum reconciliavit, & adduxit. Hocque beneficium omnibus promeruit, licet ejus non omnes fiant participes, propter defectum fidei, quam sponsus Christus his verbis exigit: Et *desponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum*, i. e. non per cæcam fidem me tibi desponsabo, sed per veram & salutarem, quæ notitiam *beatitudinis* includit. Quæ sunt *media* fœderis gratiæ, Media. ea etiam desponsationis mysticæ media sunt; ita connexio nos argumentari docet, Hof. II, 20. ff. At verbum & Sacramenta &c. E. *Materia* desponsationis sunt ex una parte *sponsus*, Christus *Ἰησοῦς*, qui secundum utramque naturam proprie & indistincte cum homine fidelis unitur: ex altera *sponsa*, Ecclesia & quælibet anima fidelis. Ecclesiam enim Christus alloquitur *אַרְשֵׁתִּי* *desponsabo te mihi in fide*. Omnes igitur illi subjectum desponsationis sunt, qui vera salvificaque fide oblatam sibi gratiam apprehendunt. *Forma* uno desponsationis vocabulo ter repetito exprimitur, indeque recte infertur, unionem conjunctionemque veram, realem & arctissimam hic declarari inter Christum & fidelem animam. Nam *desponsandi* similitudo non tantum mutuum favorem, sed & majorem corporum propinquitatem & secuturam cohabitationem infert. Christum igitur cum fidelibus juxta suam substantiam propius conjungi, pie credimus. Potest ineffabile hoc mysterium à contrario aliquo modo illustrari è Hof. IX, 11. ubi Deus ab impiis Israëlitis discessurum se minatur. Quod *discedere* sane non est, donis suis tantum eos destituere, privare, omnemque gratiam subtrahere, sed illa præsentia quoque substantialis ratione (interprete B. Schertz.ero.) *Finis* est certa fidelium persuasio de gratiosa Dei præsentia, assistentia & propensissima voluntate, ob signatio item beneficiorum à Christo partorum, firmissima demum futura gloriæ cum sponso participanda fiducia. *Effectus* est largissimæ doris communio, quæ in nostro textu *justitia* voce exprimitur & omnia beneficia includit. Ubi enim est *justitia*, ibi vita & salus æterna est. Hoc fœdus æternum esse ex parte intentioneque Dei, satis constat ex verbis: *Desponsabo te mihi in æternum*, licet per peccata proxima rumpi à renatis, sed tamen, si respiscant, redintegrari potest. Effectus.

OCUSL

LOCUS XIII.

De

REGENERATIONE.

- Q**uia inter fines justificationis adoptio in filios Dei, ac æternæ hereditatis adeptio, numeratur, facile inde *regeneratio* colligitur, quæ toties indicatur, quoties Deus promisit, se velle suorum Deum & Patrem, eosque suos filios vel populum esse, Hof. II, 1. 25. Fideles *populus & hæreditas Dei* vocantur, Joël III, 2. *opus Dei*, Hof. VIII, 14. *noīnua*, Ephes. II, 10. Nemo autem fit filius aut populus Dei, nisi per regenerationem. Hoc opus tribuitur *Patri*, Malach. I, 6. *Filio*, Hof. VI, 2. *vivificabit nos &c. ut vivamus coram eo.* conf. 1. Petr. 1, 3. De *Spiritu S.* verba Joël II, 1. capienda sunt: *Effundam Spiritum meum super omnem carnem &c.* Mater est Ecclesia vera, Zion & Jerusalem *in Æw.* Hinc utriusque filia fit mentio, Zachar. IX, 9.
- Movens.** *Causa movens* est misericordia Dei, Hof. II, 25. *Miserere* lo rucha-mæ, & *dicam non populo meo, faciamque, ut sit populus meus*, per gratiam & misericordiam. conf. Hof. XI, 8. *Meritoria* Christus est, Hof. II, 21. f. VI, 2. *Media* sunt verbum Evangelii s. promissiones, Hof. II, 16. & Sacramenta, ut suis locis ostendemus. *Forma* in spiritualis vitæ lucisque communicatione consistit, ut homo ex Deo natus & vivificatus Deum vere & vivide cognoscat, Hof. VI, 2. 3. Deumque suum Deum & Patrem appellare queat, Hof. II, 25. Malach. I, 6.
- Effectus.** ejusque naturam referat, divinæque naturæ particeps reddatur, sicque homo novus, filius & populus Dei vivi fiat, Joël IV, 2.

LOCUS XIV.

DE

RENOVATIONE ET BONIS OPERIBUS.

Regenerationem *Renovatio* excipit, quæ propter remanens inhabitansque in justificatis & renatis peccatum, semper in hac vitæ opus est. Ad eam toties Prophetæ cohortantur, quoties vel sanctificationem vel studium bonorum Operum inculcant. Hoc autem frequenter satis eos facere liquet, nec probare, aut distincte Renovationem tractare attinet. Itaque jungemus caput utrumque, & quod

quod ajunt, una fidelia duos parietes dealbabit. Id tamen simul operam dabimus, ne unum cum altero confundamus. Renovationis vox late accepta etiam regenerationem & vivificationem complectitur, aut hæc illam includit. Huc verba fidelium spectant Hof. VI, 2. *vivificabit nos (Messias) & excitabit nos, ut coram ipso vivamus, sancte & inculpate.* Ex quo loco breviter omnia eruere vel indicare de Renovatione possumus. Qui nos renovat, & vires novas dat, Christus est, ejusque Spiritus, quem effundit, Joël III, 1. 2. *Subjunctum* sunt vivificati, justificati & fideles, sive *filij Dei vivi*, Hof. II, 1. *populus Dei*, ibid. *Justi ambulam in viis Domini rectis*, Hof. XIV, 10. vivunt coram facie Domini, & ambulant in novitate vitæ, ceu Paulus explicare videtur verba Prophetica, Rom 6, 4. Hulsemannus Prælect. in Form. Conc. Art. XII, p. 589. & 592. *formam* renovationis nervose sic descripsit: *Est perfecta conformatio intellectus, voluntatis & appetitus, ad normam legis æternæ &c. sive simultanea motio à Deo & homine perfecta, conformans intellectum, voluntatem & appetitum hominis legi divine, tum in cognoscendis, tum in faciendis.* Quam ex Hof. VI, 3. facile probabimus. Nam ubi vita Dei & ex Deo est, ibi conformatur homo Deo. Jam vero dicit Vates de renatis & vivificatis: *ut cognoscamus & persequamur cognoscere Dominum.* En conformitatem in cognoscendis & faciendis! Huc etiam refer sacrificia spiritualia, quorum mentionem facit Malachias I, 11. quæ mortificationem veteris & vivificationem novi hominis arguunt. Unde Hof. VI, 6, ait Deus, *se misericordiam velle, & non sacrificium, & cognitione Dei præ holocaustis delectari.* *Finis* utique gloria Dei major est, quam filii Dei vivi quærunt omnino studio, ut Pater cœlestis glorificetur, & non habeat amplius, de quo conqueratur, Malach. I, 6. *si Pater ego, ubi gloria mea?* Homo autem ita redditur *ixavòs* ad omne opus bonum, quod facit, tanquam arbor bona, unde nonnisi boni fructus proveniunt. Executio igitur & exercitium bonorum operum è Renovatione ceu *effectus* promanat, hincque tota *Bonorum Operum* ratio facile constat. Nam *causa* & *subiectum* illorum eadem sunt, quæ renovationis, nimirum fideles & renati, sive fides viva. *Justus per fidem suam vivit*, Habac. II, 3. & ostendit fidem suam ex operibus. *Florescit sicut lilium, radices agit sicut Libanon & instar oleæ est*, Hof. XIV, 6. 7. Per fidem accipitur Spiritus S. qui agit fideles, ut induant novos affectus & edant bona opera,

Causa effc.
Subjctum.

Forma.

Finis &
Effectus.

Causa &
Subjctum

H

opera,

Forma &
norma.

Finis.

Necessitas.

opera, eaque perfequantur & quærant Dominum, ejusque vias amant & in iis ambulant cum delectatione; impii autem & pravaricatores iis offenduntur, & impingunt, utpote destituti vita & luce Spiritus. Quare quæ faciunt, mala sunt, licet bona videantur, v. g. sacrificia offerre, orare, cantare &c. Amos V, 21. 22. 23. Hof. VIII, 13. Mich. VI, 7. quia non ex corde bono nec ex fide, quæ bonæ voluntatis & justæ actionis genitrix est, proveniunt. Non enim satis est ad bonum opus, ut aliqua ratione juxta Legem divinam, tanquam normam, fiat; sed ut Deo placeat, ex fide & purgato corde fiat, necesse est. Quando Deus conflatur & purgat filios Levi, tunc offerunt munus spirituale in justitia, & gratum vel suave est Domino sacrificium, Malach. III, 4. Finis triplex est. 1. Gloria Dei, quam ipse Deus & Pater noster cælestis summo suo jure postulat, Malach. I, 6. Filius honorare debet Patrem, & servus Dominum suum. Quod si igitur Pater ego sum, ubi gloria mei? & si dominus sum, ubi timor mei est? Qui non omnia ad gloriam Dei faciunt, contemnunt nomen ejus, ibid. & vers. seqq. 2. Propter nos ipsos facienda sunt bona opera, ut certi simus de vera & viva fide, nos per fidem vivere, s. vivificatos esse. 3. Propter proximum. Conversi enim & fideles alios similiter ad pœnitentiam & fidem excitant, Hof. VI, 1. ite, agite, convertemur ad Dominum. Ita Jonas & Rex Ninivitarum incolas urbis maximæ, exemplo & opere à via mala revocabant, Jon. III, 3. ff. Necessaria esse Bona Opera, multoties indicant Vates. Querite bonum & non malum, ut vivatis, & certi sitis, quod in Deo vivatis, dum opera bona facitis &c. Amos V, 14. 15. Mich. VI, 8. Inducatur tibi est, homo, quid bonum sit, & quid Dominus à te requirat &c. Malachias proinde memoriam Legis Moïsi inculcat sub finem Prophetiæ suæ. Cave tamen inferas, bona opera esse meritoria vitæ æternæ, quia justus fide sua vivit & vivet in æternum.

LOCUS XV.

DE

LEGEDI.

I. Morali.

§. I.

Homonymia.

Quia Lex bonorum operum norma est, de ea convenienter nunc agemus. Lex sumitur latissime a) pro universa doctrina divinitus

tus patefacta; quo modo etiam Evangelio convenit, & *Fœdus Dei* dicitur. Hof. VIII, 1. Mich. IV, 2. b) pro faciendorum fugiendorumque regula, ad quam Prophetæ Israëlitas sæpius revocant remittuntque, & de ejus obliviscentia, Hof. IV, 6. & neglectu VIII, 12. conqueruntur, adeoque legem vitæ actionumque esse regulam, fatentur, ac proinde ejus memoria sedulo commendatur, Malach. III, 22. c) in genere pro illa parte librorum Mosis, in qua leges descriptæ sunt, Hof. VIII, 12. & legem Moralem, Ceremonialem & Forenssem seu Judicalem complectitur. Mal. III, 22. d) *Synecdochice* pro rigore legis, ut gratiæ opponitur, unde *dolabra* vocatur, Hof. VI, 5. Synonyma legis præcipua sunt, *Fœdus*, Hof. VIII, 1. XIV, 10. *magnalia*, VIII, 12. *præcepta, judicia*, Malach. III, 22. (Plura Synonyma Locus de Scriptura S. p. 4. suppeditabit.) Nec hæc vocabula prorsus Synonyma sunt, sed, ut vulgo statuunt, triplicem Legem declarant, ita ut תורה sit *Lex moralis*, s. doctrina operum, חקים *Leges ceremoniales, statuta*, מצוות *Leges forenses, regulæ*, significant. Quæ de re vid. Chemnit. p. 2. L. L. de Lege c. 1. & 4. Deus vero O. M. legem hanc solenniter promulgavit, ac proinde dicitur *Lex Dei*, vel divina, Hof. IV, 6. *fœdus Jehovah*, VIII, 1. *Lex, quam ipse Deus mandavit*, Malach. III, 22. *scripsit & præscripsit*, Hof. VIII, 12. Ratione ministerii *Lex Mosis servi Dei* vocatur, Malach. III, 22. qui omni Israëlítico populo istam notam fecit. Nihilominus minus ad omnes homines spectat. Ita enim in omnium auribus & cordibus personat, etiam respectu habito ad tempora Novi Testamenti: *Recordamini legem Mosis servi mei, cui præcepi in Chorebo*. Sicut autem Lex in genere, ita & divina cum primis duplicem vim habet, *directivam & coercitivam*, circa faciendam & fugiendam, quod ex Concionibus Prophetarum undique & luculenter apparet. Obligat homines vel ad perfectissimam obedientiam, ratione partium, graduum, & perseverantiæ, Malach. III, 22. ubi verbum חַיִּים præsentiam speciei s. cogitationis & affectus circa rem in animo significat, (vid. Coccej. Lexic. p. 201.) vel ad pœnam. Atque hinc etiam fines & usus Legis facile innotescunt, nec multa de re satis nota dicere necesse est. Summa Legis Moralis in Decalogo sive X. præceptis consistit, quorum omnium mentionem faciunt Prophetæ, quoad primam & secundam tabulam.

Synonyma,

Divisio,

Causa efficiens,

ministerial. Subj. Cui Ratione promulgar, matericæ.

Forma,

Usus.

DE PRIMA TABULA.

I. Præcepta
Mandata,

Interdicta
generatim.

Cultus verus, qui in I. præcepto præcipitur, est α) *Agnitio Dei*, Hof. XIII, 4. & ego sum Dominus Deus tuus ex terra Egypti, & Deum præter me non cognosces. confer. Hof. IV, 1. VI, 6. β) *Timor*, Malach. I, 6. quæ sibi promissiones proponit, Mich. VI, 9. Mal. III, 16. 17. 20. & comminationes iræ Dei, Mal. III, 18. ac exempla poenarum in Judæis inprimis conspicua. γ) *Dilectio* ex paternitate fluit, Mal. I, 6. Si Deum Patrem cognoscimus, eum tanquam Patrem diligere debemus. δ) *Fiducia*, de qua in Loco XI. de Justif. pag. 62. Falsus cultus s. *Idololatria* omnis passim prohibetur, sive sit I. *crassa* gentilium, sive Judæorum olim. Quemadmodum verò gentiles inprimis in ipso adorationis objecto errabant, Sophon. I, 5. sic Judæorum error circa modum versabatur, quod in locis nemorosis sacrificia mactarent, aut libamina effunderent, Hof. IV, 13. aut statuas in honorem idolorum erigerent, X, 1. vid. Præfat. *Luber.* in Prophet. hac de re. Deum ipsum Israëlita *Baal* vocarunt, h. e. per Baalem verum Deum colere voluerunt, quam colendi rationem cum nomine Deus repudiavit, Hof. II, 10. 15. XI, 2. Sic *μοχοδελεία* Exod. XXXII, 8. rejicitur, Hof. VIII, 4. 5. De turpitudine autem, vanitate & impotentia fictitiorum ejusmodi Deorum agitur, Hof. IV, 12. VIII, 6. XIII, 2. Habac. II, 18. 19. Mich. V, 13. eorumque cultores Scriptura vocat *filios fornicationis*, Hof. II, 6. *vaccas lascivientes* s. refractarias, IV, 16. *filios alienos*, Hof. V, 7. *Onagros sibi relictos*, VIII, 9. *vinulas edocetas amantes viturare*, X, 11. *vanos*, XII, 12. Respectu effectuum *scortationes* vocantur, Hof. II, 4. *adulteria*, ibid. *mendacia*, Hof. VII, 1. 3. 13. XII, 1. Mich. I, 14. Nah. III, 2. *terricula*, Hof. VIII, 4. *amaritudines*, XII, 15. *dolores parturientis*, XIII, 13. *aversiones*, XIV, 5. *abominaciones*, Nah. III, 6. *vanitates*, Hof. XII, 12. & quidem *mendaces*, Jon. II, 9. Quare Ephraimitæ à Spiritu S. assimilantur *columba seductæ*, Hof. VII, 11. *arcti dolose*, ibid. *hominiterribilia loquenti*, XIII, 1. II. *Subtilis & interior* in corde latens conspicitur, cum Deos nos ipsos facimus per *ἀνομιὰς ἡμετέρας* s. *Philautias*, si neglecto merito Christi propriæ justitiæ aut Bonis nostris Operibus confidimus, Am. VI, 13. quo *cordis superbia* & *deceptio* proditur, Obad. I, 13. vel *Homines* alios, eorum auctoritatibus cedendo, Mich. VI, 16. illisque præ Deo confi-

confidendo, Hof. V, 13. Hoc Michas VII, 5. improbat: vel *Creaturas*
 & res terrenas, Hof. II, 7. VII, 14. Hinc Luther. Tom. VIII. Witteb.
 f. 562. ait: Der Bauch ist in allen Religionen der gewaltigste Abgott.
 Cum vera Dei agnitione pugnant *ignorantia*, simplex Hof. IV, 1. Deus *speciatus*,
 conqueritur quod non sit *notitia Dei in terra*: & affectata, Hof. II, 10.
 Luther. Sie wills nicht wissen. IV, 6. V, 4. VII, 10. XIII, 6. *Timori*
 Dei opponitur *Securitas*, Hof. VII, 10. XII, 9. Amos VI, 3. Obad. 3.
 Jon. I, 5. *Hypocrisis*, Hof. V, 6. VI, 4. VII, 8. 16. X, 2. XII, 1. *Super-*
stitio, quo omnis *θελοφρονησια* spectat, s. cultus non mandatus verbo
 Dei, qui etiam, quando vero Deo praestatur, idololatria est, Hof. V,
 6. VI, 6. XII, 12. Amos IV, 4. 5. V, 21. seqq. Jon. I, 16. Mich. VI, 7.
Timor servilis, qualis in nautis erat, Jon. I, 5. 10. 16. *Dilectioni* Dei
 opponitur *dilectio mundi*, Amos VI, 1. Hof. VIII, 14. *Odium Dei* om-
 nibus innatum, Soph. I, 6. De quo impatientia, Deo irascens &
 adversus eum in aerumnis murmurans, in Jona conspicua. IV, 1. seqq.
 testatur. *Prava inclinationes*, ut *avaritia* in cibo, Amos VI, 4. ac potu,
 Hof. VII, 5. Amos VI, 6. *musicalasciva*, v. 4. *Sapor cordium* non sen-
 tiens ardentissimas divinae dilectionis flamas, quo Israelitae inprimis fa-
 scinati fuerunt, ut ex conjugio Prophetae typico Hof. I. II. III. & queru-
 lis concionibus apparet. VII, 13. 15. IX, 10. XI, 1—4. 7. XII, 9. XIII, 6.
Fiducia denique opponitur *Desperatio*, Hof. X, 8. & *Prasumptio*, quae
 propriis viribus confidens, sine verbo Dei & sine vocatione sperat.
 Hof. VIII, 13. In II. praeepto vera Dei invocatio mandatur, quae *II. Praecept.*
 sit *corde*, & ex primo praeepto praesupponitur, qualis erat Jonae pre- *Mandatum*
 catio. II, 2. Qui invocandi modus ex precantis ardore estimatus,
 apud Deum omniscium clamor est. *Ore*, per param sinceramque
 verbi divini praedicationem; exemplo Amos VII, 10. seqq. Jona, III,
 3. 4. Per confessionem doctrinae, Amos VII, 14. 15. Jon. I, 9. Per
 invocationem & adorationem, Hof. XIV, 3. Joël. III, 5. Zephan. III, 9.
 omni in loco, ut Jonas ex visceribus piscis oravit, II, 2. Per *vota*
 ad Dei honorem, quae vel in necessitatibus & periculis fiebant, vel
 extra discrimina rerum. Adfecti enim non tantum ad Dominum
 clamabant, sed adjecto voto aliquid promittebant, quod gratitudi-
 nis loco Deo offerre vellent. Jon. I. v. ult. II, 10. Per juramentum le-
 gitimum, i. e. in rebus licitis, iustis, bonis &c. per veri nomen Dei,
 qui ipse quoque jurat, Amos IV, 2. VI, 8. *Opere*, in tota vita gratias
 Deo

Interdictū. Deo agendo. Mich. IV, 5. Interdicitur vero in hoc præcepto nominis divini profanatio, quæ committitur *corde*, ejusdem contemtu & neglectu scientiæ Dei, Hof. IV, 6. auditu verbi, IX, 7. oblivione Dei, VIII, 14. XIII, 6. *Ore*, falsa docendo, ut olim falsi Prophetæ fecerunt. vid. Prolegom. Theolog. nostræ §. IV. p. 3. Qualem concionatorem Amosum Amasias facere volebat, Amos VII, 10. seqq. Peccata non confitendo. Sic Israëlitaꝝ arcui doloſo comparantur, Hof. VII, 16. Preces omittendo. Hof. VII, 14. Laudemve Dei reticendo, quod faciunt, qui benignitatem Dei de se relinquunt, ut nautæ, Jon. II, 8. Juramento falso, quod prohibetur, Hof. IV, 15. Zach. VIII, 17. gravissimeque Deus illis comminatur, qui per illum, qui non est Deus, jurant, Amos VIII, 14. Sophon. I, 5. Zach. V, 3. *Opere*, fallum Dei cultum introducendõ & ad abusus connivendo, ut Jeroboam Rex, & Amasias sacerdos, Amos VII, 10. fecerunt, ac Israëlitaꝝ, quod ex Vatribus undique apparet. III. Præceptum sanctificationem Sabbathi aliorumque festorum urget, quod Prophetæ etiam sæpissime faciunt. Joël II, 15. 16. Et secus facientes redarguunt, Hof. IX, 5. Amos V, 21. 22. 23. VIII, 10.

III. Præceptum.

SECUNDA TABULA.

IV. Præceptum.
V. Præceptum.
Interdictū.

Quartum præceptum obedientiam erga Parentes & Superiores injungit, Malach. I, 6. V. Præceptum omne homicidium prohibet, sive occidantur *externa manu* alii, vid. Amos I, 11. ubi annectuntur simul pœnæ, Hof. I, 4. IV, 2. VI, 8. XII, 15. Joël IV, 19. Mich. III, 10. VII, 2. Nah. III, 1. Habac. II, 8. 12. 17. sive interficiamus nosmet ipsos, ἀντοχεια. Quare Jonas I, 12. mortem sibi conficire religiosum duxit: sive *interne* committatur, cordis cogitationibus, Amos I, 11. Zachar. VII, 10. consilio & auxilio, Amos VII, 10. Huc & ἀντιθετα Stoica, pertinet, quam Deus averſatur, Amos VI, 6. *Qui bibunt in phialis vinum, & electis unguentis se unguunt, & non super contritionem Joseph condolent.* Flendum cum flentibus, Obad. 12. 13. Mich. VII, 8. Cum justitia distributiva crudelitas nimium pœnas exasperans pugnat, Zach. I, 15. *Charitatis* itaque erga proximum opus erit, exemplo Jonæ qui solus perire maluit, quam secum alios, I, 12. In VI. Præcepto adulterium vel omnis impuritas, incestæque consuetudines prohibentur, & subinde reprehenduntur, Hof IV, 2. Am. II, 7.

II, 7. Cum temperantia Ebrietas pugnat, quæ ad Venerem invitat, Hof. IV, 11. Amos IV, 1. Habac. II, 15. Contra præcipitur *Cæstus*, Mal. II, 14. ubi edictum Jehovæ, de non contemnenda uxore, eo quod ipsa focia sit, & conjux fœderis. Contra VII. Præceptum furto peccatur, quod in omnibus ordinibus committitur, α) *Ecclesiastico*, ubi ex pietate seu religione quæstus fit. Quod Deus olim sacerdotibus Vet. Test. objicit, Hof. IV, 8. *Peccata populi mei comedunt*, idem nos de sacrificulis præsertim dicere possumus, qui pauperi morienti vix unam Missam impendunt, in divitis vero gratiam multas decantant. β) *Politico*. Pertinent huc Principum injustæ expilationes, egenorumque violenta oppressio, Amos II, 6. 7. III, 9. 10. IV, 1. Amos V, 7. 10. 11. 12. VI, 3. 12. Mich. II, 2. 8. 9. III, 2. 3. 9. 10. 11. Habac. II, 9. *Lapides v. 11. de pariete clamare* dicuntur, quando cum oppressione pauperum & injustitia domus est exstructa. Soph. III, 3. Zach. VII, 10. *Δωροφιλία*, Mich. VII, 3. *Προσωποληψία*, Malach. II, 9. γ) *Oeconomico*. Peccatur in publicis negotiationibus, contractibus & commerciis, merce vitiosa, precio inæquali, Amos VIII, 6. pondere, Hof. X, 11. 9. moneta, Am. VIII, 5. Mich. VI, 10. 11. fraude verborum, Mich. VI, 12. captatione temporis & occasionis caritatis, Amos VIII, 5. sub prætextu & specie juris, Amos II, 8. Sophon. III, 3. Nec minus quoque extra contractus peccatur, cum antiqui agrorum domuumque termini moventur, Hof. V, 10. Amos I, 13. Contra vero *justitia* præcipitur, Mich. VI, 8. Zach. VII, 9. 10. VIII, 16. VIII. Præceptum falsum testimonium in foro imprimis prohibet; si innocens læditur, damnatur, vel ejus causa protrahitur, Mich. VII, 2. 3. item *Oeconomico* statu, machinationes, & cogitationes malæ proximo nocendi, Zach. VII, 9. 10. *allerley Nåncke / desideria vel concupiscentia fraudandi*, *αλεγορεξία* &c. Mich. II, 1. 2. Contrærectum linguæ usum imperat, *speciatim* veritatem, Zachar. VIII, 16. 19. & candorem, VIII, 1. IX. & X. Præceptum distinguuntur, cum illud de actuali, quatenus adfectus cordis & voluntatis consensus complectitur, Mich. II, 1. 2. hoc vero de originali concupiscentia agit. Scriptura etiam non primam tantum inclinationem, sed consensum & machinationes etiam nomine concupiscentiæ intelligit. Zachar. VII, 10. VIII, 17.

VII. Præc.
Interdictū,

Mandatum
VIII. Præc.
Interdictū,

Mandatum
IX. & X.
Præceptum

§. II. Lex Ceremonialis, quatenus unicum illud propitiatorium sacrificium in ara crucis à Christo Nov. Test. cœlesti Patri oblatum præfi-

Ceremoni-
ali,

præfigurabat, divina constitutio est. Ejus igitur idem autor est, qui legis Moralis. Nec objici potest, Hof. VI, 6. ubi *nolle se sacrificia & holocausta* Deus dicit; quia comparate ibi & de tempore Messia loquitur, opinionemque de opere operato damnat. Videamus igitur I. sacrificantes *personas*, Sacerdotes, inter quos eminent Pontifex maximus, Hagg. II, 2. 4. & Zachar. III, 1. qui Christi typus fuit, Hebr. 5, 7. 9, 7. &c. Cap. 10, 11. 12. Quæ partes ejus fuerint, quasque Christus impleverit, suo loco diximus, & dicemus. Reliquorum Sacerdotum inter alia erat, congregare ad solennitates diesque festos populum, Joël I, 14. II, 16. Pœnitentiam pro se ac aliis indicere, Joël I, 13. quod inter atrium & altare plerumque faciebant, II, 17. de lege respondere, docere, controversias adjudicare, Hagg. II, 11. seqq. Malach. II, 7. quæ omnia etiam Doctor ad justitiam, Messias implevit. Ad II. *res* ut alia taceamus, instituto non adeo inservientia, Sacrificia cumprimis pertinent, quorum notanda (1.) *Materia*, animalia pura, & vitiorum Lev. XXII. expressorum expertia, ut Christum omnis omnino labis expertem luculenter referrent. Unde si vel manca, vel cœca erant, aut alia parte laborabant, repudianda erant & repudiabantur, à Deo saltem, quando ab avaris Sacerdotibus admittebantur, Malach. I, 7. 8. 12. ff. III, 8. (2.) *Forma*, si ad complacentiam Dei referebantur, non tantum in ceremoniis consuetis consistebant, sed in fide, cumprimis Christum intuente. Alioqui, si ex opere duntaxat operato, cultu spirituali fideque in Christum destitutis offerebantur, Deus illa abominatus est. Hof. V, 6. VI, 6. IX, 4. Amos IV, 4. 5. V, 22. Mich. VI, 6. 7. Zachar. VII, 5. 6. Malach. I, 10. 11. 12. 13. vid. *Apol. August. Confess.* de Sacrificio p. 256. seqq. Quam suam displicentiam Deus subtractione benedictionis ostendit, Joël I, 9. 12. 13. Amos IV, 5. seqq. Hagg. II, 16. 17. At si legitimo modo omnia fiebant, omnes benedictiones promittebat, Joël II, 12. Hagg. II, 18. 19. (3.) *Finis* igitur potissimum spectandus, qui duplex erat, unus *legalis*, quatenus atrocitatem & reatum peccatorum respiciebant, inque memoriam revocabant. Hinc Paulus Hebr. 10, 3. dicit, iis factam commemorationem peccatorum. Alter *Evangelicus*, quatenus Christum præfigurabant. Huc spectabat *sanguis fœderis*, Zach. IX, 11. de quo supra, & repudiatio sacrificiorum, Christo adventante eaque implendo abrogante, Hof. III, 4. seqq. VI, 6. Malach. I, 11. ut nullus

nullus amplius in Nov. Test. locus sacrificii sit, quam spiritualibus, Hof. XIV, 3. conf. Hebr. 13, 15. Malach. I, 11. III, 3. Zachar. XIV, 20. 21. vid. D. Præf. Theol. Jud. p. 219. f.

§. III. Lex Forensis apud Hebræos non à foro dicebatur, ut apud Latinos, quia illi lites omnes sub portis dijudicabant, Amos V, 12, 15. Zachar. VIII, 16. conf. Deuter. XXII, 15. Qualia fuerint **משפטים** judicia, aut leges, nihil opus est è Pentateucho recensere. Corrupta verò judicia Vates subinde arguunt, Hof. IV, 1. ff. Amos 11, 6. IV, 1. f. Mich. III, 1. seqq. *Finis* harum legum erat vel *politicus*, qui notus, vel *discretivus*, ut populus Hebraicus ab aliis gentibus distingueretur, inque eo Ecclesia usque ad Messiaë tempora conservaretur, post quæ urbe & regno propter incredulitatem Judæi exuti, jamdiu sine Rege & Principe sedent, Hof. III, 4.

Forens. seu
Judicial.

LOCUS XVI.

DE

EVANGELIO.

Egregius de Evangelio locus est Nah. II, 1. *ecce super montibus pedes evangelizantis, pacem proclamantis, quem conferre licet cum Jes. LII, 7. ubi Evangelij vox in sensu notissimo occurrit. Alibi res Evangelij à XII. Vatribus dilucide traditur, quoties ad lætitiã in Domino fideles excitant, propositis de Messia & bonis ab eo acquirendis vaticiniis; quorum summa & compendium est **שלום** Pax. Ita Zacharias IX, 9. lætum nuncium filiaë Sion & Hierosolymorum, de adventante Rege Messia, attulit, adeoque Evangelium prædicavit. Idemque alii etiam viri Dei fecere. Mich. IV, 2. dicitur תורה i. e. *doctrina* cœlestis ex Zione proditura: Lex enim proprie & stricte sic dicta è Sinai exiit, Nah. loc. cit. Pax vocatur, & alibi passim *Salus*. Mal III, 20. Autor Evangelij est ישעיהו אלהי *Deus salutis* i. tota SS. Trinitas, Mich. VII, 7. Huc Hof. I, 7. pertinet, ubi Deus dicit: *Salvabo eos per Dominum Deum illorum, Ipse quoque Messias Evangelista nomen meruit, autoremque Evangelij se demonstravit, quando in Prophetis illam gratiam prænuñciavit. Prædicatio tamen Evangelij in primis ad Novi Testamenti tempora pertinet, quæ procul dubio Nahum verbis ab initio citatis intendit. Tunc enim, secundum oracula**

Causa efficitur.

I

Prophe-

Prophetica, omnibus gentibus nationibusque munera Evangelij offerri debebant. vid. Hof. XI, 9. 10. 11. Amos IX, 11. seqq. Mich IV, 1. 2. 3. V, 3. 4. 5. VII, 11. *in longinquum abibit decretum*, nempe doctrina Evangelij. Soph. III, 9. *Tum vertam ad populos labium purum, ut omnes nomen Domini invocent, ei inserviendo humero uno.* Luther. *Als dann will ich den Völkern anders predigen lassen mit freundlichen Lippen.* Et in margine: *Das ist das Evangelium von der Gnade Gottes / welches uns erlöset von unsern Sünden / vers. 10.*

- Objectum. Monstrat igitur Evangelium & prædicat Christum cum beneficiis ab eo partis innumeris, gratiam speciatim & clementiam Dei, liberationem ex inferno, morte, remissionem peccatorum, per fidem obtinendam, ut ex Vatum testimoniis apparet. Hof. XIII, 14. Mich. V, 2. Hagg. II, 8. Zachar. IX, 9. XIII, 1. Malach. I, 11. III, 1. 22. Quæ omnia *pacis* voce innuuntur, Nah. II, 1. confer. Mich. IV, 3. 4. V, 5. Zach. VIII, 5. Evangelium promissiones gratuitas de gratia & iustitia fidei, salute æterna &c. continet. Joël III, 16. Soph. III, 17. Zachar. VIII, 15. (vid. Loc. de Justif.) Finis & Effectus Evangelij est *salus*, pax spiritualis & æterna, ut ex hæcenus dictis satis intelligi potest.

LOCUS XVII.

De

POENITENTIA s. CONVERSIONE.

- Onomatol. **P**oenitentia Legis & Evangelij viva quædam praxis est, quia Prophetæ Conversionem & Pœnitentiam non distinguunt, sed eandem eodem vocabulo expriment; ea nil aliud intelligunt, quam ad usum gratiæ pristinæ reditum quendam, unde lapsi pœnitentiam agentes, ad fidem primam Deo marito priori Hof. II, 9. in Sacramento initiationis datam, redire dicuntur. In Ebr. est שׁוּב *converti*, *reverti*, à quo השׁוּבָה *conversio*, cuius contrarium מְשׁוּבָה *aversio*. Hof. XI, 7. XIV, 5. Prior vox nominaliter & abstractive nec in Ebraico textu, nec apud LXX. Interpretes occurrit, sed verbaliter tantum, Hof. III, 5. VI, 1. facile tamen verbo formatur, & ex opposito intelligitur; respondetque Græcæ voci Πενίτησις, Actor. 26, 18. μετανοία, μεταμελεια. A motu autem locali ad motum conversionis spiritua- lem vocab. שׁוּב transfertur: hinc à via mala Jon. III, 8. Zachar. I, 4. ad

ad viam rectam Christum (Joh. 14. 6.) converti jubemur, Hof. III, 5. Prius terminum à quo, posterius ad quem indicat. Involvitque α) in intellectu agnitionem viæ erroneæ & rectæ β) in voluntate propositum reflectendi cum effectu γ) in appetitu sensitivo odium erroneæ & amorem rectæ viæ, Amos V, 15. Vox pœnitentiæ non uno modo in Scripturis usurpatur. Deo enim & hominibus tribuitur. Illi ἀνθερωποποιεῖσθαι ἢ ἐνεργητικῶς, nec notat consilium & mentem mutandi, sed exterius quid. Joël II, 14. His propriè & in specie, pro toto conversionis actu sumitur. Necessitatem pœnitentiæ nobis etiam atque etiam commendant (1.) dicta hortantia. Hof. XII, 6. XIV, 2. 3. Joël I, 5. II, 12. Amos IV, 12. Zach. I, 4. (2.) promittentia, Hof. II, 18. fin. III, 5. VI, 1. 2. 3. X, 12. XIV, 5. 6. 7. 8. Joël II, 13. 18. fin. Amos V, 4. 6. 14. 15. Mich. IV, 5. VI, 9. Sophon. II, 3. Zach. I, 3. VIII, 13. 14. 15. Mal. III, 7. 18. 20. (3.) exempla Ninivitarum, Jon. III, 5. eorumque Regis, 6. Ex locis jam allatis patet, Deum Trinum pœnitentiam in nobis, juxta gratiosam & seriam voluntatem suam efficere. Certis tamen mediis utitur, nempe ex parte contritionis *Lege*, utpote qua nos in desertum spirituale deducit, Hof. II, 16. ut intelligamus desertos & privatos nos esse gloria seu imagine Dei, Rom. 3, 23. rapit & percutit. Hof. VI, 1. Eo etiam terribilem Dei vocem refero, qua Leonis instar à Zion rûgit, Hof. XI, 1. Amos I, 2. ut peccatores fulmine Legis terreantur, prosternantur, conterantur, de peccatis doleant, & medicinam apud Deum quarant. Huc denique omnes comminationes legales pertinent. quibus Prophetarum scripta referta sunt, quasque tam diligenter ideo Vates inculcant, ut in peccatis mortuos, torpidos & somnolentos excitent, quo peccata sua agnoscant, veros terrores & contritionem in cordibus suis sentiant, dicantque: *Ibimus, convertemur ad Dominum &c.* Hof. VI, 1. Evangelicis autem promissionibus contriti & tristes eriguntur, iisque miseris ad se Deus allicit & persuadet, ceu ex verbis Hof. II, 16. solatio plenis liquet. *Ego pelliciam eam in desertum.* Ubi Hebr. פרה cum Græc. *weiðω* quidam conferunt; & quia de Nov. Test. tempore Propheta loquitur, de efficaci Evangelij prædicatione hoc intelligi volunt. Confer Actor. 13, 43. & 18, 4. Quæ mox sequuntur verba, hanc sane expositionem confirmare videntur: *Elocutus sum ei, quæ sunt ipsi cordi.* ql. d. læta ac grata Evangelij doctrina eam solabor. Hinc quoque ad Jehovaham

Homonymia.

Existencia.

Causa effica.

Media.

of-
V,
io-
m,
er.
der
no.
ab
ra-
ob-
V,
uæ
s.
tia
ar.
us,
ro-
an-
ad
a-
en-
re-
hof.
ico
m,
tel-
ua-
1, 4.
ad

Resistibil. hovam reversuri sese solantur : *Ipsa feborah , sanabit & obligabit nos.*
 Hæc tamen gratia est resistibilis , & media sive instrumenta , quibus
 Deo uti placuit , homo profanus contemnit , eique propterea injuria
 non fit , quando non convertitur , sed perit . Perditio ex hominibus
 salus ex Deo est . Gratiam Evangelicam Judæi repudiaverunt ; juste igitur
 damnati sunt , nec ante salvabuntur , quam conversi fuerint . *Do-*
minumque Deum suum & Davidem Regem quæserunt , pavidi que ac-
currant &c. Hof. III , 5 . *Væ autem illis , qui à Deo resiliunt , nec re-*
dire volunt ad Dominum Deum suum , Hof. VII , 10 , 13 . Imo revo-
 canti Deo contra nituntur , 14 . vel mox iterum deficiunt , & sunt
Subjctum. *sicut arcus dolosus ,* 16 . Tanta est miserantis Dei benignitas , ut quen-
 quam perire nolit , sed omnes atque singulos ad pœnitentiam per-
 venire , eoque vocat *totum populum , senes , parvulos , sugentes ubera ,*
Rat. hujus Joël II , 16 . *infideles etiam gentiles ,* ut Ninivitas . Jon. III , 10 . qui à via
Conversio sua mala conversi primum sunt , (ubi de conversione prima vocab.
est prima, *est occurrere notabis .) Stantium ,* quam vocant , pœnitentiam pro-
continuata, mittit Jonas I I , 10 . ut & *lapsorum ,* sicuti tota ejus pœnitentialis oratio
secunda. ostendit II . cap . Cum primis hujus loci est exemplum Israëlitarum ,
 qui toties quoties instar arcus dolosi relapsi sunt . Possunt ergo quo-
 que renati gratia excidere , quod Scriptura (1 .) disertis verbis testa-
 tur , cum renati retroagi à sequendo Jehova dicuntur , Zephan . 1 . 6 .
 (2 .) exemplis Israëlitarum rebellantium , & gratia Dei excidentium .
 It . Ninivitarum , qui à Jona conversi III , 10 . in impietatem relapsi à
 Deo abjecti sunt . Nah . I . 11 — 14 . (3 .) Parabolis & similibus , quæ
 apostasia renatorum possibilitatem adumbrant , ut sunt illæ de *Nu-*
ptiis spiritualibus cum Christo , Hof. II , 21 . 22 . & fornicatione spiri-
 tuali , quam idem Propheta typice proponit I , & II . *scorium assumen-*
do cum liberis : Typo de adultera , III . vid . *Tarnov .* in Hof. II , cap .
Partes. Jam quod ad pœnitentiæ rationem & indolem attinet , ea vel ipso
 verbo *נשׁוּב* vel addito termino à quo & ad quem , vel partium es-
Contritio. sentialium denominatione significatur . Constat enim (α) *Contritio-*
 ne , quæ per *fractionem , percussione ,* Hof. VI , 1 . *dolores parturientis ,*
Signa inter- XIII , 13 . *scissionem cordis ,* Joël II , 13 . exprimitur . Et consistit (α) in
na, peccati intima & profunda agnitione . Deus vult ut *reos se peragant*
 & agnoscant Israëlita , Hof. V , 15 . β) in Sensu iræ divinæ . *Contre-*
miscam omnes habitatores terræ . Joël III , 1 . Dum homo *indignationem*
 Domi-

Domini sentit, eamque fert, Mich. VII, 9. Nah. I, 6. γ) in conscientia angoribus. *Pavidi accedent*, Hof. III, 5. *Trepide accurrerunt filij inde à mari*, Hof. XI, 10. ut *avicula, columba*. v. 11. Amos VII, 17. Mich. VII, 17. δ) in humiliatione coram Deo, Jonæ II, 3. Ninivitarumque exemplo, III, 4. 6. ubi exterior cum interiori submissione erat conjuncta. Mich. VI, 8. dicitur: *humiliter ambula cum Deo*. conf. Mich. VII, 17. ε) in humili coram eodem confessione & deprecatione, Hof. XIV, 3. 4. ζ) Odio & detestatione peccati, Hof. loc. cit. v. 4. Amos V, 15. Quæ omnia ex toto corde fieri debent, ut sit contritio vera, non hypocritica. Joël II, 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro*. 13. *Scindite corda vestra*: Interim contritio ex signis externis se prodit & colligitur, (a jejunio. Sic in vera pœnitentia cibo ac potu Israëlitarum, Joël I, 14. & Ninivitarum Jon. III, 5. 7. abstinerunt. Id quod phrafi Hebr. Propheta effert. *Sanctificate*, h. e. à rebus aliis communibus etiam licitis segregate. Sic Joel II, 16. sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo egredi jubentur. (b Lacrumis, quæ tanquam veræ pœnitentiæ signum ab Israëlitis requiruntur, Joël I, 13. ita γδδ à Sacerdotibus Deus requirit, i. e. ut gestu externo suam tristitiam testentur. conf. Jer. VI, 26. Zach. XII, 10. seqq. (c Cineris super caput sparsione, ut Regis Ninivitarum exemplo patet, Jon. III, 6. Mich. I, 10. (d Sacci, h. e. viliorum, fordidorum incommodorumque vestimentorum usu, Joël I, 8. 13. Amos VII, 10. Jon. III, 4. (e Pectoris percussione. Ancillæ ejus eam gementes ut columbæ ducebant, *pectora sua percipientes*, Nah. II, 7. (f Capitis denique circumrasio accedit, Amos VIII, 10. Mich. I, 16. Hæc externa criteria fallibilia nonnunquam sunt. Unde hypocritice & dolose pœnitentes Deus ipse redarguit, eosque *arcui doloso* comparat, Hof. VII, 16. conf. Hof. VI, 4. Nec contritio causa remissionis peccatorum dicenda, licet Pontificii affirmant, infirmis argumentis, inter alia Jon III, 10. innixi, ubi causam hic reddi putant, cur Dominus Ninivitarum misertus sit, *quia de via mala conversi sunt*. Verum enim verò qualitas hic eorum describitur, quorum Deus misertus est. Fructus salutaris pœnitentiæ est reconciliatio cum Deo & averſio, vel certe pœnarum mitigatio, non ratione contritionis, sed respectu fidei in Christum. Nec nuda hic visio, sed cognitio cum complacentia intelligitur, & sensus est, quod Deo conversio & opera de pœnitentia testantia placuerint, ut Ninivitis

externa.

Fides. parcere decreverit, sed inde non sequitur, Deum Ninivitarum contritione motum fuisse. Sequitur *fides*, quam Propheta Hoseas Ibraë-
 litarum conversionem prænunciando sic exprimit. *Die illo vocabis me Vir
 mi*, c. II, 18. it. v. 25. ille populus dicit: *Deus meus es tu. Quærent
 Jehovaham, pavidi accedent*, III, 5. qui accessus tantum fit fidei, Rom. 5,
 1. 2. *Quærent faciem meam*, h. e. me ipsum, quod est fidei, 5, 15.
 Contra fidem Pontificii iniqui sunt, eamque partem pœnitentiæ esse
 negant, quia pœnitentiam præcedat eamque gignat, exemplum Nini-
 vitarum objicientes, qui prius credidisse, postea demum pœnitentiam
 egisse dicuntur, Jon. II, 5. At fides historica cum salvifica confundit-
 ur; fides historica prior est contritione, sed fides salvifica contritione
 posterior: non enim Deus ignoscit, nisi peccata agnoscamus. Cum
 vero pœnitentia dupliciter considerari possit, 1. quoad essentiam, ut
 audivimus, 2. quoad consequentia, quibus indissolubilem nexum
 cum Bonis Operibus habet, h. m. si pœnitentia spectatur, Apolog.
 August. Confess. non repugnat, si quis tertiam partem addere velit,
 dignos nempe pœnitentiæ fructus, h. e. vitæ ac morum in melius mu-
 tationem. vid. Phil. Exam. ordin. Part. 4. p. 161. h. l. Pœnitentia priori
 modo spectatur, sicque Bona Opera non ejus pars sed fructus sunt.
Effectus. Hof. X, 12. XII, 7. XIV, 3. Jon. II, 10. III, 10. Mich. VI, 8. Quæ
 cum omnia legitimo modo fiant, (1.) *remissio peccatorum* sequitur.
Reversos sanabit & obligabit. Hof. VI, 1. *Curabit aversionem eorum*.
 XIV, 5. *Mundabit sanguinem eorum quos non mundaverat*. Joël IV, 21.
 Mich. VII, 18. 19. *Deus hominem à peccato conversum cum magna dile-
 ctione & gaudio recipit*. Macar. Homil. 4. p. 59. (2.) *Gratia Dei*. Huc
 desponsatio Christi cum anima fideli facta בְּרַחֲמֵי cum gratia pertinet.
 Hof. II, 21. 22. *Amabo eos benevolentia*, XIV, 5. addantur vers. 6 7 8.
 (3.) *Justificatio*. Hof. VI, 2. X, 12. Joël II, 23. Mich. VII, 9. 18. 19. (4.)
Donatio Spiritus S. Joël III, 1. 2. (5.) *Exauditiō precum*. Hof. XIV, 9.
 Jon. II, 3. 8. Mich. III, 4. (6.) *Salus & vita æterna*, Joël III, 5. (7.)
Liberatio à pœnis temporalibus, Hof. II, 23. 24. Joël II, 18.
 20. 24. 25. 26. vel saltem mitigatio, Jon.
 II, 10.

LOCUS

GRATIA VOCATIONIS.

Divina gratia, ut tribus personis est communis, vocando Zach. I, 3. homines beneficiorum sanguine Christi partorum, participes reddere intendit; hinc toties vocat, quoties ad pœnitentiam invitat. Is insignis favor cum in Scriptura, tum apud Ecclesiæ Doctores, *gratia* nomine venire solet, qui nullius meriti respectu in nos redundat. Hinc Deum *Israëlem adhuc puerum*, eumque refractarium, dilexisse, & *ex Agypto* ad melioris sortis electionem *vocasse* legimus. Hof. XI, 1. Ad hanc vocationem in Vet. Test. cum ordinariis Sacerdotibus, tum Prophetis, Zach. loc. cit. v. 4, 6. in Nov. Test. Apostolis & Ministris suis utitur. Luc. 14, 17. Quemadmodum autem beneficia spiritualia ordinarie non nisi per verbum Evangelicum nobis revelantur & conferuntur: ita hæc vocationis gratia per verbum Evangelij nobis obtingit, quando Deus *ad cor hominis loquitur*, sive id, quod gratum, jucundum & salutare est. Hof. II, 16. (vid. Loc. de Evangelio.) Indirecte Deus per naturam, & beneficiis cœlitus datis, nos vocat atque invitat, ut ipsum inde agnoscere, eique gratias agere debeamus, Hof. II, 10. Act. 13, 17. & 17, 27. Rom. 1, 21. Hic tamen proprie eam vocationem intelligimus, à qua salutaris conversio incipit. Hof. VI, 1. XI, 1. ff. Cum homine Deus ut cum creatura rationis participare agit, quem ideo intellectu & voluntatis libertate instruxit, ut ex se & suo motu aliquid vel agere vel intermittere, actionesque divinas in ipso operaturas, vel admittere vel repudiare atque repellere possit. Hoc est *pellucere*, persuadere; propositis bonis, Hof. II, 16. & *משוך בחבלי אדם* *trahere funibus hominis*, i. e. ceu illico exponitur, *divina amore plena*, attractioni molesta & calamitosa opponitur, qualis ea esse solet, qua bos injecto ei iugo loroque duci invitus & cum dolore quopiam solet, (cui bovi Israëlem Deus comparaverat, Hof. X, 10.) atque adeo id h. i. ad Israëlem Deus dicere velit: Etsi bos sis, non tamen funibus, quibus boves ligari solent, molestis & adfligentibus, sed humanis, omni gratiâ & misericordia plenis, te ducam;

Causa effic.

movens,

ministerial,

Organica.

cam: ut ex *Jonathane* interpretatur R. *Salomo Jarchi*, attractione mi-
 ferationum, quæ leni suavique modo fit. vid. R. *Dav. Kimch.* ad h. l.
 Hæc *tractio* in Vet. & in Nov. Test. à *duct. one* Rom. 8. 14. ita quidam
 distinguitur. ut ductio jam volentis ac sequacis sit, tractio etiam no-
 lentis. conf. *Dannh. Hodosoph.* p. 848. Tractio tamen hæc non est
 physica & violenta, sed suavis, metaphorica ac moralis vel superphy-
 sice realis. *Trahit enim Deus homines non ut nolentes credant, sed ut*
volentes ex nolentibus fiant. Luther. Tom. II Isleb. fol. 180. Quare
 homo reciproco amori divino respondere, trahentemque sequi de-
 bet, nec invitanti reluctari. Quod si observat, Deus impensius eun-
 dem amare & gratiæ suæ incrementis perfundere pergit. *Habenti*
enim dabitur. Luc. 19. Pulchre *Hof. XI, 3. 4.* beneficia gradusque vo-
 cationis Deus memorat; *assuefeci ire* Ephraimum, patere duxi, gra-
 dum ita accommodavi, ut brachiis etiam susceptum portaverim, &
sinibus amoris traxerim &c. vid. *Sebast. Schmid.* Comment. h. l. Hic
 tractus ductusque sane non est inefficax, nec simulatus, sed serius &
 efficax, & recte *Sebast. Schmid. Revetum* hic arguit, statuentem, ita
 Deum Israëlitas duxisse, ut eos ad se venire noluerit. Neque enim,
 inquit, *ingenui homines sic trahuntur & tractantur.* Imo *tractus iste*
pejor est, quo bestia trahuntur, cum certum sit, illas eo sine trahi, ut ven-
niant. Quam gratiam Deus populo suo præ reliquis gentibus exhibuit,
 eam tamen aliis non denegavit. Ita Ninivitas vocavit, & vocandas
 in Nov. Test. alias gentes subinde in Prophetis indicavit, ut alibi loca
 sunt adducta. Quod vero non omni tempore omnes gentes vocen-
 tur, dispensationi & divinæ œconomiae merito relinquitur, eamque
 venerari potius quam rimari fas est. Deus sanctus & justus in omni-
 bus suis operibus est, sive, ut *Hof. XIV, 10.* dicitur, *recta sum via Do-*
mini. Miseretur ejus, quæ est *רחמי* i. e. quæ nil habet in se
 gratia misericordiae dignum, & ex justo judicio ad tempus gratia
 Dei destituitur, ut populo Judaico evenit, *Hof. I, 6. II, 23. 25.*
I. Epist. 2, 10. Homines etiam sæpe gratiæ vocanti resistunt, eam-
 que repellunt, & irritam reddunt, *Hof. IV, 4. 6. V, 4. VII, 13.*
VIII, 3. XI, 5. 7. Sophon. I, 6. vid. plura loca sub
Indurat. caus. efflic. p. 47.

Objectum.

LOCUS

LOCUS XIX.

DE

ECCLESIA.

Ecclesia est cœtus hominum vocatorum, & varia nomina habet; *עצרת* *cœtus*, collectio dicitur Joël I, 14. Amos V, 21. à rad. *עצ* *devinuit*, & significat collectionem hominum in unum locum, ubi aliquandiu detinentur, ac magis de statis & particularibus conventibus dicitur, quam de tota Ecclesiæ congregatione, cui melius *קק* *congregatio* respondet. Mich. II, 5. *cœtus Domini*. Ecclesia autem est vel I. universalis, quæ *militans*, ut ex accusatione Satanica & defensione Christi apparet, Zach. III, 1. 2. cui murum igneum Deus se fore promittit, II, 9. & *triumphans* dicitur, quæ ex Angeli Jehovæ promissione, Jehosue Sacerdoti magno facta, colligitur, Zachar. III, 7. *disponam tibi, qui ambulent inter adstantes illos Angelos*, h. e. constituam tecum tuis posteris in Ecclesia hac militante Sacerdotem, & postea in Ecclesia triumphante in eandem dignitatem, in qua sunt Angeli Dei in cœlo. Vel II. Particularis, ratione Vet. & Nov. Test. Christi exhibendi, & exhibit: Ad quam posteriorem omnes gentes vocatæ, eaque proinde etiam universalis dici potest, quod probatur α) è fetarum gentium cum fidelibus cohabitatione. Figuram exhibuit Hoseas, quando mulierem scortatricem s. ethnicam & idololatricam, ut quidam volunt, ducere jubebatur, liberosque ex eadem suscipere. Quid enim aliud significatum fuit, quam quod Christus sibi sponsam è gentilibus desponsaturus sit, & liberos ex eadem procreaturus. Hof. I, 11. β) E sacrificio per totum orbem ab ortu Solis usque ad occasum ejus, celebrando & offerendo, Malach. I, 11. γ) E sacrorum communione, ad quam læti gentiles aggregabantur. Mich. IV, 2. seq. Zach. XIV, 16. sequ. δ) E gentium omnium desiderio, Christo, cui gentes nationesque adhærebunt, juxta Genes. XLIX. Hagg. II, 7. ε) E vocatione gentium prædicta, Hof. XI, 10. 11. Joël 3, 21. Amos IX, 11. conf. Act. 15, 16. Mich. VIII, 11. 12. 16. 17. Variis nominibus Ecclesia insignitur. Dicitur *Muer*, *Uxor*, Hof. II, 4. *Sponsa*, v. 21. *Virgo*, Amos V, 2. *Sion*, Joël II, 1. 15. Amos I, 2. Mich. III, 12. IV, 2. 11. Zachar. VIII, 3. *Filia Sion*, Mich. IV, 10. 11. 13. Sophon. III, 14.

Etymologia.

Homonymia.

Synonymia

K

Zach.

Zach. II, 14. *Ecclia Jerusalem*, Soph. loc. cit. *Ovile Sionis*, Mich. IV, 8. *Turris gregis*, ibid. *Mons Sion*, Joël III, 5. Obad. 17. Mich. IV, 7. *Mons Dei*, Mich. IV, 2. Zach. IIX, 3. *Mons domus Domini*, Mich. IV, 1. 2. *Mons sanctus Dei*, Joël II, 1. III, 17. Obad. 16. Zach. IIX, 3. *Domus Domini*, Joël I, 9. 13. 14. Mich. IV, 2. Sophon. I, 9. *Templum Domini*, Zach VI, 12. 13. *Tabernaculum*, Amos IX, 11. Zach. XII, 7. *Sanctuarium*, Joël III, 17. *Hierosolyma*, Joël II, 5. III, 5. 17. Mich. III, 12. IV, 2. Zach. IIX, 3. &c. *Civitas*, Zach. II, 5. *Civitas veritatis*, Zach IIX, 3. *Temoria Semi*, Joël III, 21. *Peculium Dei*, Malach. III, 17. *Populus Dei*, Joël II, 18. III, 3. *Hareditas Dei*, ibid. Possunt etiam alia figuræ ex Vet. Test. adduci, utpote *Candelabrum* in tabernaculo ac templo, Zach. IV, 2. *myrteum*, 7. 8. quarum comparat. membra exponit D. Balduinus in Commentar. Zachar. Vocatio hominum ad Ecclesiam tribus personis est communis; est enim opus ad extra. Vocat *Pater*, Joël IV, 16. 17. Amos IX, 11. Mich. IV, 6. 7. Sophon. III, 9. 10. Zach. XII, 7. *Filius*, Joël III, 5. Zachar. II, 14. 15. 16. VIII. tot. cap. Huc pertinent omnia Scripturæ dicta, in quibus Christus *sponsus*, Hof. II, 21. 22. & *maritus* Ecclesiæ, II, 4. III, 3. dicitur. *Spiritus S.* per Ministerium verbi & Sacramentorum Ecclesiam mundat atque ornat, quod ipse effusione indicatur Joël III, 1 Zach XII, 10. Et hæc causa efficiens est Ecclesiæ, non tantum ratione ejus primæ originis, sed & perpetuæ conservationis per inhabitationem, unde *Domus Dei*, *Civitatis Dei*, *Sanctuarij*, *Peculij Dei*, mentio fit, ceu ex Synonymis liquet. Vocatio hæc ad Ecclesiam eo nobis gratior sit, quo magis est gratuita. Hof. II, 21. 25. XI, 10. conf. Rom. IIX, 26. Vocat autem Ministerial. Deus per Ministros, Prophetas, Sacerdotes, Pastores &c. ut ex Loco de Minist. Ecclesiæ patebit, verbi prædicatione, sive ea sit Legis, sive Evangelij, Mich. IV, 2. & Sacramentorum administratione; hæc enim ordinaria media sunt, à Prophetis usurpata; quæ qui accipiunt & vocationi obtemperant, Ecclesiæ membra audiunt. Verum non Materiam omnes vera & viva esse membra, vel Judæorum Ecclesia docet. Inter eos multi erant hypocritæ, & impii, qui in societate externa quidem erant; revera tamen non populus Dei. Nam sensu proprio vere credentes & fideles vera Christi membra sunt, cum Ecclesia, ut corpus Christi mysticum, non capite gemino, sed unico, Christo, gaudeat, Hof. II, 2. ejusque operationibus spiritualibus excitetur, animo.

animetur, regatur, VI, 2. 3. Quod de infidelibus sane & improbis dici nequit; quare mortua Ecclesiae membra sunt. Atque hinc etiam in quo forma Ecclesiae consistat, colligitur, quæ pro diversa considerandi ratione diversa est. Qui Ecclesiam latiore sensu accipiunt, eam in unitate externæ fidei professionis, ejusdemque publico exercitio ponunt. At qui proprie sumunt, eam collocant in unione vere credentium cum Christo capite, per veram vivamque fidem, & caritatem mutua, fratrum instar, Mich. V, 3. Malach. II, 10. Quo sine Deus Ecclesiam colligat, minime obscurum est. Supremus est gloria Dei. Quando enim Dominus in templum suum venit, Mal. III, 1. & illud gloria sua implet, Hagg. II, 8. 9. Domini gloria est. Servator autem salutis hominum causa venit, ut eam salvet & glorificet, tanquam sponsam suam, in æternum. Hof. II. Interim dum in his terris militat, eam ex variis periculis eripit, erigit & confirmat, Mich. IV, 6. 7. Sophon. II, 7. salvat, Sophon. III, 18. benefacit, Zach. VIII, 15. magnificat, Sophon. III, 20. protegit virga & sceptro salutis, Mich. VII, 14. tum *defensive*, Mich. IV, 10. V, 5. 6. VII, 7. 8. 9. Soph. III, 11. 15. 16. Zach. II, 10. 13. III, 2. VIII, 5. 10. XII, 3. 4. 5. 6. 7. 8. tum *offensive*, vel potius *punitivæ*, Joël II, 20. seqq. Obad. 16. Mich. IV, 12. V, 9. VII, 10. Sophon. II, 8. 9. 10. III, 19. Zach. XII, 9. XIV, 12. imo omnibus beneficiis & *spiritualibus*, Hof. XIV, 6. 7. 8. Joël IV, 21. & *corporalibus* circumfundit, Joël II, 23. fin. Amos IX, 13. fin. Zach. VIII, 12. Ex attributis adfectionibusque Ecclesiae sequentes occurrunt. (1.) *Unitas*, sive *ἀνωμαφωλαχως* collectio sub unum caput, Christum; hinc *unum caput* sibi fideles ponent, Hof. II, 2. *Unus Rex, unus Dominus, nomenque ejus unum erit*, Zachar. XIV, 9. (2.) *Universalitas*, Sophon. III, 9. Zachar. XIV, 16. 17. (3.) *Sanctitas*. Ecclesia dicitur sancta *imputative*, quia super fidelibus nomen Dei sanctum vocatur, aut illi sancti à sancto appellantur, ob imputatam Christi justitiam & sanctitatem, Amos IX, 12. Zachar. IIX, 3. & *inchoative*, quia accepto Spiritu S. sanctitati veræ ejus membra student, Obad. 17. item *comparate*. quia turba selecta ex mundo est, & Deo peculiariter consecrata. Eam namque inhabitat, Joël IV, 17. Zach. II, 14. IIX, 13. hinc *peculium, populus, hæreditas Dei*, dicuntur. (4.) *Invisibilitas*. Hinc pii *reliquiæ* vocantur, Amos IX, 12. Obad. 17. Mich. V, 7. Soph. II, 7. III, 12. 13. Zach. IIX, 12. & mentio tantum fit de-

Forms,

Finis,

Attributa.

mus Jacob, Obad. 17. qui *parvulus* dicitur, Amos VII, 2. 5. Interim ordinarie & ubi non premitur Ecclesia, visibilem quoque se sistit, unde *montis & turris* nomen accepit, (vid. Synonym.) Quæ locutiones tamen perpetuitati visibilitatis Ecclesiæ nullum patrocinium præbent. Prophetæ enim hisce similibusve appellationibus, magnitudinem & claritatem Ecclesiæ describunt, quæ Messiæ temporibus per universalem Evangelij prædicationem erat futura. Inde tamen non potest inferri, quod perpetuo Nov. Testam. tempore talis claritas sit futura. Quapropter vera electorum Ecclesia etiam in Nov. Test. est & manet invisibilis. (5.) *Durabilitas*. Licet enim status Ecclesiæ miserimus sæpe videatur; semper tamen usque ad finem mundi duratura est, Joël III, 20. Amos IX, 15. Hujus respectu *cornu ferreum & ungula area* ei adscribuntur, Mich. IV, 13. Ecclesia tamen visibilis errare potest, & Judaica Ecclesia sæpius erravit, atque ob eam reformandam Vates subinde missi sunt, querulæque passim eorundem de corrupto Ecclesiæ statu, de hac defectione testantur, Hof. IV, 1. 6. 8. 9. 12. Mich. VII, 2. &c.

LOCUS XX.

DE

CRUCE & CONSOLATIONIBUS.

DE Notis Ecclesiæ, cum res nota sit, nil dicere volumus. De Cruce tamen, quæ quasi character quidam fidelium est, pauca subjiciemus. Nam sicut Christum pati & mori oportuit, & hac ratione ad gloriam intrare, Luc. 24, 26. ita quoque par est, ut pii sectatores Christi crucem suam tollant, perque varias afflictiones in regnum Dei ingrediantur. Hof. VI, 1. 2. Variis nominibus crux & calamitas quævis piorum in Scriptura insignitur. Vocatur *Visitatio*, Hof. I, 4. quæ vel iræ vel gratiæ est, hæc hujus loci; *desertum*, II, 16. *correptio*, V, 9. *tribulatio*, VI, 1. *castigatio*, VII, 15. X, 10. *angustia*, Joël II, 3. Nah. I, 7. *malum*, Amos III, 6. Mich. I, 12. *mæror*, *dolor instar parturientis*, IV, 9. *derelictio*, V, 3. *ira Domini*, VII, 9. *poculum Domini*, Habac. II, 16. quod bibere, *mala pati* significat, Obad. 16. Alia nomina passim occurrunt. Deus autem, vel (1.) *immediate*, sine intervenientibus creaturis, ægram & molestantem afflictionem hominibus

Synonymia

Causa effc.

bus immittit. Jehova rapuit & percussu, Hof. VI, 1. castigavit nos, VII, 15. An erit malum in civitate, quod Jehova non faciet, Amos III, 6. Malum à Domino descendit, Mich. I, 12. Tu, Domine, sicut voluisti fecisti, Jon. I, 14. Interim tamen ut benignus Pater Spectandus est, Hof. VI v. 1. ubi statim solamen subnectitur: curabit & obligabit nos. Vita nos restituat, ut vivamus coram ipso. v. 2. Confirmabit brachia nostra, II, 9. Post afflictionem consolatur, Mich. IV, 6. Cum ceciderimus, consurgere nos faciet, & si in tenebris sederimus, Dominus lux nostra erit. VII, 8. Benignus est Dominus, praesidium temporibus difficultatis, atque cognitos habens praesolantes in ipsum, Nah I, 7. vel (2.) mediate ad afflictionem utitur vel *Saana*, Zach III, 1. ubi Satanæ permittit, ut Josue resisteret & adversaretur, vel *impis hominibus*; ut Amasia, qui Amosum verbis enecare, insidiasque ei struere studuit, VII, 12. vel *aliis creaturis*, quando varias calamitates immittit, Hof. II, 14. Joël I, 4. s. (vid. Effect. Peccat.) Castigat vero clemens ac misericors Pater proprie fideles, de quibus sermo Hof. VI, 1. 2. ac horum intuitu vocantur castigationes, *δοκιμασία*, sive *πειρασμός*, *παιδεία*, *σώφρων* & *μαθήσιον*, atque à *τιμωρία* impiorum, quorum respectu calamitates pœnæ rationem cum excidio plerumque conjunctæ habent, differunt. In Jona hoc discimus, qui tam quoad animam *interius*, spirituales cordis terrores II, 8. quam *exterius* in corpore, IV, 6, 7. varia incommoda sensit. Sic Paulus 2. Cor. 7, 5. *ἔσωθεν μάχαι*, *ἔσωθεν φόβοι*, foris pugna, inus terrores. Hæc afflictio in passione dolorifica consistit, Hof. V, 14. quæ cap. VI, 1. per voces *rapuit*, (Metaphora à Leone desumpta,) & *percussu*, indicatur. Hinc crux dolori parturientium confertur Mich. IV, 9. 10. V, 3. In omnibus autem divina providentia, intendit (1.) Gloriam suam, ut homines faciem ejus quarant, Hof. V, 15. ut *sciamus & persequamur ad cognoscendum Jehovam*. VI, 3. Ita quando Israëlites per longum tempus confederunt in afflictionibus, tandem convertentur & quærent Dominum Deum suum, Hof. III, 4. 5. (2.) Castigati salutem, Mich. IV, 10. Malach. III, 17. 18. *Macar*. Homil. XII. *Oportet omnino nos cum crucifixo crucifigi, simul pati cum eo, qui passus est, ut glorificemur cum glorificato*. Hoc ipsi fideles agnoscunt, unde dicunt, Hof. VI, 2. *ut vivamus coram ipso*, nempe in gloria aeterna. (3.) Fidei probationem, ut Jonas in mediis fluctibus fidei suæ *τημήςιον* edidit. II, 5. 7. 8. Mich. VII, 7. Zach. XII,

Ministri,

Subiectum.

Forma.

Finis,

9. (4.) Carnis mortificationem, quæ ex vivificatione & excitatione colligitur. Hof. VI, 2. conf. 1. Petr. 4, 1.

LOCUS XXI.

DE

ORATIONE.

Homonymia. **I**N Ecclesia, sub vexillo crucis militantibus, invocatione seria ac precibus opus est. Vox *invocatio* non eodem modo sumitur; maxime si versionem vulgarem respicimus. Notat (1.) in genere quamvis auxilii implorationem, Hof. VII, 11. *Invocabant Ægyptum*, i. e. auxilium implorabant. (2.) Est denominatio ab aliquo, e. g. Amos IX, 12. *Ut possideant reliquias Edom, & omnes nationes, eo quod invocatum sit nomen meum super eos*, i. e. à me cognominati. (3.) Synecdochice totum Christianorum cultum denotat, Sophon. III, 9. (4.) Sumitur pro religiosa Dei invocatione, Joël III, 5. quæ solius Dei compellatio est, eique debita. Ad quem *Jehevam* direxerunt suam orationem Judæi, Joël I, 19. Jon. III, 8. Habac. III, 2. imo ipsi gentiles, ut adorationis cultu dignissimum eum agnoverunt. Jon. I, 5. 6. 14. Ei igitur soli deferendus est hic cultus, qui propterea omnem adorationis, cultusque mixturam rejicit, Soph. I, 5. Sicut autem religiosus cultus uni Deo ob infinitam excellentiam competit, Malach. I, 6. ita tribus personis, ibidem per אדוני *Adonim* indicatis, ex æquo defertur. (conf. L. II. de Deo Uno & Trino) Ut vero recte oremus & Deum invocemus, efficit in nobis Spiritus S. quem Dominus Messias à Patre mittit & in corda fidelium effundit, qui eam ob causam *Spiritus gratia & precum* vocatur. Zach. XII, 10. Causæ, quæ nos ad preces impellere debent, variæ sunt. (1.) Dei voluntas, quæ ex *invocatione in nomine* Dei colligitur, Joël III, 5. & hunc honorem Dominus noster postulat, Malach. I, 6. (vid. II. Decalogi Præcept.) (2.) Calamitas & miseria nostra propria, indigentiaque multiplex, Hof. VI, 1. 2. 3. (3.) Exempla Sanctorum. Jacobi, Hof. XII, 4. Jonæ, II, 2. IV, 2. Habacuci, III, 1. ff. (4.) Exauditionis veritas. Joël III, 5. **Forma.** *Quicumque nomen Domini invocaverit, eripietur*, s. salvabitur. Oratio autem & invocatio fit & fieri debet vera fide, interno cordis adfectu, ac interdum solo gemitu, ut de Jona colligitur, II, 2. ff. qui in visceribus

ribus piscis fervide & fide plenus oravit; fieri etiam potest & solet externa voce, exemplo ejusdem, קרא אל יהוה clamavit ad Dominum, Jon. IV, 2. Non tamen sola voce sine interiore cordis affectu fiat, s. ex opere operato, aut corde hypocritico, vel impuro, Hof. VII, 14. Mich. III, 4. oratio nostra profuatur, quæ nullam exauditionem sed pœnam potius expectat; sed Christi pro nobis intercedentis Zachar. III, 2. merito & promissionibus divinis fide nitatur, Hof. XII, 7. Mich. VII, 7. Nah. I, 7. Habac. II, 3. Sicque de precum exauditione certi esse possumus. Hof. II, 23. Habac. II, 4. Orationum genera, secundum Apostolum 1. Tim. 2. quatuor sunt, quorum vestigia quoque in Prophetis occurrunt. (1.) *Deprecatio*, δέησις, est oratio mala immissa aut imminetia averti desiderans. Sic Israelitæ in adversis temporibus ad Dominum clamare dicuntur, Joël I, 14. Talis etiam erat Jonæ deprecatio, II, 2. ff. Ad quam se pii mutuo exhortantur, Hof. VI, 1. Zach. VIII, 21. 22. Deusque jubet, Mal. I, 9. (2.) *Obsecratio*, προσευχή, ad bona corporalia, s. spiritualia impetranda, Hof. XIV, 3. Accipe bonum. conf. 5. 6. 7. 8. (3.) *Intercessio*, Joël II, 17. quæ multum ponderis apud Deum habet, si à fidelibus fiat. Amos VII, 2. 3. 5. 6. (4.) *Gratiarum actio*, εὐχαριστία, נשלימה Hof. XIV, 3. Jon. II, 10. Nah. I, 15. Preces omni in loco fieri possunt, non tantum Hierosolymis & in templo, exemplo Jonæ, qui ex visceribus piscis oravit, II, 3. IV, 2.

Fundamentum.

Adjuncta.

LOCUS XXII.

DE

TESTAMENTIS ET FOEDERIBUS
DIVINIS.

Dispositio divina circa Salutis media, cultum & formam Regiminis in Ecclesia, Testamentum vulgò appellatur, Hebr. ברית à verbo ברה elegit, selegit, declaratque adeo Berith vi vocis rem, quam duo eligunt, ut ad eam se certis conditionibus obstringant, sive pactum aut foedus, סוסףחלו, ceu Aquila & Symmachus expresserunt, vel, ut LXX. & N. T. scriptores διαθηκη. Interpres Latin. promiscue reddidit, modo pactum, modo foedus, modo Testamentum; quæ tamen non eadem prorsus sunt. Nobis satis h. l. est, notare quod Deus

Etymolog. & Homonymia.

- Deus circa salutem hominum cum per modum fœderis, tum per modum Testamenti disposuerit. Duplex esse *fœdus* constat, operum & Gratia, vetus & novum, legale & Evangelicum. Utriusque in Prophetis mentio occurrit, & utrumque ex Loco de Lege & Evangelio intelligi quodammodo potest. Dabimus tamen, pro instituti ratione, brevem fœderis gratia delineationem ex duobus præcipue locis, Zach. IX. 11. & Mal. III. 1. ubi *fœdus* nominatur ejusque ratio haud obscure indicatur, quod breviter ita describere licebit, si tertium addamus locum Zach. VI. 13. est *consilium* sive dispositio Dei, *ut in sanguine Testamenti dimitterentur vinc̄ti à Satana, Deoq; offenso reconciliemur per Angelum fœderis, Dominum Templi, Salvatorem, sive Messiam, & pacem consequerentur.* Ejusigitur *autor* solus Deus est, qui sola impulsus gratia sua, & sponcione Christi, Principis Pacis, vel *meritoria,* Angeli fœderis intercedente, fœdus pepigit. Imo Zach. VI. 13. liquet, consilium vel pactum inter Patrem & Filium intercessisse de liberandis vinc̄tis, cui innititur pactum, quod Deus cum lapsis hominibus fecit. Hujus dicti brevem analysin ac paraphrasin vide in *H. Witsii* Oeconom. Fœd. Dei cum homin. Lib. 1. Cap. 1. §. 7. In hoc fœdus omnes homines assumti sunt, quia omnes vinc̄ti omnesque *fœderati,* liberandi erant; sed qui Pacem consequi volunt & reconciliationem, à Christo sponfore & Mediatore partam, credant necesse est, cum fidem à fœderatis suis stipuletur Deus & justii fide sua vivant. Bona *Bona legata* legata spiritualia & cœlestia Pacis vocabulo comprehenduntur, & aliunde intelliguntur. Innuuntur etiam generatim fœderali formula: *Ero eis in Deum, & ipsi erunt populus meus, filij Dei vivi,* Hof. II, 1. 25. Nec temporalia bona excluduntur, imprimis in Vet. Test. Hof. II, 20.
- Finis,* Finis procul dubio gloria Dei est, ex immensa gratia fœdus gratia in laudem *δοξας τῆς χάριτος αὐτοῦ* (Eph. I, 6.) pangentis cum lapsis, in eorum salutem & pacem æternam. Vid. Colleg. MS. Du.
- Præsid. de Oeconom. Tempor. Cap. VI.

LOCUS XXIII.

DE

SACRAMENTIS UTRIUSQUE
TESTAMENTI.

§. I.

Utrumque Testamentum sua habuit Sacramenta, tanquam sigilla gratiæ fœderalis. Sunt autem ea duo & duplicia; vel *initiationis*, quibus in fœdus homo cum Deo recipitur: vel *confirmationis*, quibus fœdus istud ex hominis parte continuatur. In Vet. Test. ad primum *circumcisio*, ad secundum *agnus Paschalis* spectabat. De quibus ex occasione Legis Ceremonialis nonnulla diximus. Ea abroganda fuisse, quando fœdus novum confirmatum & consecratum est sanguine Mediatoris ipsius, non typico, uti Vet. Test. sponte sequitur.

§. II. In Nov. Test. Sacramentum initiationis est *Baptismus*, Causa efficitur.
gratiæ fons inexhaustus, ab ipso Deo & Salvatore nostro apertus, qui *de domo Domini egreditur*, Joël III, (IV.) 18. Quod tempore N. Test. Tempus instituitur.
factum, ut ex Zacharia XIII, 1. liquet. *In die illo erit fons apertus.* Dies ille apud Prophetas tempus Nov. Test. denotat, quod hoc ad Vet. Test. collatum ratione perspicuitatis sit ut dies, & illud ut nox, sicut Apostolus Rom. 13, 12. innuit, tum enim Sol justitiæ ortus est radiisque illustribus se patefecit, Malach. IV, 2. Requiritur autem ad Materia.
Baptismum *aqua naturalis*, & actus abluendi, qui vel immergendo vel aspergendo fieri potest. Hinc Joël III, 18. quem locum B. Hieronymus Tom. II. fol. 147. de Baptismo explicat, *aquarum & fontis* fit mentio, ut & Zach. XIII, 1. Non solam autem aquam sed Spiritum S. quoque in Baptismo dari & effundi, ex coll. Joël III, 1. cum v. 18. & Zach. XII, 10. cum cap. XIII, 1. colligi potest. Inde Paulus Tit. III, 5. 6. *lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus S. quem Deus effudit super nos copiose*, appellat, verbis, ut videtur, desumptis ex hisipsis Prophetarum locis. Forma.
Forma etiam hinc Baptismi colligitur, efficiturque, quod non sit aqua nuda, sed Spiritus gratiæ conjunctus, datus collatusque, cum in modum, qui in institutione Novo Testamento reservanda, exprimitur. Hæc Baptismi gratia ad omnes homines carnaliter genitos, nec adultiores solum, verum etiam infantes pertinet. Subjectum.

L

tinet.

timet; quia *super omnem carnem* effundi debebat Spiritus Christi, Joël III, 1. i. e. omnes homines, quorum maximam partem infantes constituant. Pertinent etiam ad *foedus gratiae* infantes, docente Petro Act. 2, 38. tum, cum vaticinium ex Joële adduxisset. Nec fides iis denegari potest, licet locum Jon. IV, 10. quidam adducant, quod *discrimen inter dextram & sinistram, inter bonum & malum non norint.* Notitia rerum mundanarum naturalium, non vero supernaturalium & spiritualium hic intelligitur. Et quoniam infantes verbi divini auditus, ex quo apud adultos fides oritur Roma, 10. non sunt capaces, in Baptismo per Spiritum S. fidem remissionemque peccatorum ipsis conferri arbitramur. Quare *Augustin.* Sermon. XIV. de Verb. Apost. Tom. X. f. 324. *Ubi ponis parvulos baptizatos? profecto in numero credentium. Inter credentes baptizatos parvulos numerabis, nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis esse apertus hereticus.* In hoc saluberrimo initiationis lavacro a) peccata, cum originalia; tum actualia, abluuntur. Hic *fons pro peccato, & pro separatione ex immunditie* est, (Zach. XIII, 1.) qualis est in menstruo, unde quia infans ratione maternæ originis pronascitur, vero videtur simile, notari hic, hoc etiam fonte peccatum Originis abluui, & superiori voce, alias generali & omnem *avoplav* designante, peccatum actuale, vid. *Tarnov.* h. l. β) Omnes insuper benedictiones ex eodem fonte in nos defluunt atque derivantur, Joël III, 18. *Hic fons irrigabit torrentem Sittim:* h. e. animas nostras irrigat, & perpetuam consolationem contra tentationes praestat. Certo itaque persuasi esse possumus, quod hoc baptismale foedus sit *perpetuum*, secundum istud Hof II, 19. *Desponsabo te mihi in sempiternum, in misericordia & miserationibus.*

Finis.

§. Cæna.

§. III. De S. Cæna quidem fatemur, nos locum non reperisse clarum in XII. Vatribus; eo tamen trahere possumus, quæ generatione de beneficiis Christi sub convivii lautissimi schemate leguntur, ut Zach. IX. vers. ult. ubi Propheta de felicitate temporum Novi Test. ita exclamat: *Quid enim bonum ejus est, & pulchrum ejus, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* ut *Hieronymus* reddit, & Christum ipsum intelligit, qui sit frumentum & vinum letificans cor hominis. Non infrequens est, beneficia Christi sub convivio adumbrare; quod cum & hic fiat, optime sane ad hoc sacramentale convivium vel *δέπνον κνελανόν*, 1. Cor. XI, 10. applicari potest. De pane &

ne & vino Eucharistico intelligere locum Hieronym. Pascas. Haymonem, Lyram, aliosque, *Christophor. Castrus* h. l. memorat.

LOCUS XXIV.

DE

MINISTERIO ECCLESIASTICO.

AD tres in Ecclesia distinctos ordines progredimur, inter quos primo loco spectandus venit *Ecclesiasticus*, in quo qui sunt, vocantur *Ministri Dei*, Joël I, 9. *Doctores*, II, 23. *Servatores*, Obad. 21. *Angeli Domini*, Malach. II, 7. Johannes Baptista peculiariter sic dictus, juxta Evangelistarum interpretationem, Matth. II, 10. &c. *Legati*, Mal. III, 1. *Servi*, 22. *Speculatores*, Hof. IX, 8. *Videmes*, Joël II, 28. *Oeconomi*, Amos VI, 10. quos LXX. vocarunt *οἱ οἰκονομοὶ τῆς οἰκίας*, familiae gubernandae praefectos. Quod detur Ministerium Ecclesiae, patet 1. à Ministrorum appellationibus adductis. 2. Ex extraordinaria inprimis Prophetarum vocatione, qui tamen non eo sibi invicem ordine successerunt, quo ipsorum libros in Biblico Codice positos videmus, sed quidam ex ipsis ante captivitatem Babylonicam, quidam in captivitate, quidam vero post eandem, scripserunt. *Ante captivitatem* prophetarunt *Jonas & Obadias*, ex omnibus Prophetis antiquissimi, qui post Mosen & Davidem scripsere, quos sub Achabo & Jeroboamo Regibus idololatricis vixisse, constat. *Circa tempus migrationis* decem tribuum sub *Usia & Ezechia* claruerunt *Hoseas, Joel, Amos & Michas*, qui *ὄντες* fere fuerunt: post quos non multo tempore sub *Manasse* secuti sunt *Nahum & Habacuc*. *Instante migratione* *Juda* sub *Josia & Joachim* prophetavit *Zephania*. *Post captivitatem* prophetias suos ediderunt *Haggaeus, Zacharias & Malachias*, qui ultimus *Vet. Test.* Propheta fuit. 3. E promissionibus Ecclesiae conferendae. (vid. L. de Eccles. ejusque Attribut.) Ministerium hoc *immediate* Deus T. O. M. instituit. Sic enim Joël II, 23. *Dominus Deus vester dat vobis Doctores ad justitiam.* Amos II, 11. *Excitavi vobis è filiis vestris Prophetas, & ex juvenibus vestris electis, qui essent Nasiraei.* Amosus VII, 15. suae immediatae vocationis testimonium producit. Aliquando etiam *mediate* per Ecclesiam vocat, ut nunc ordinarie facit fecitque. Sunt enim Sacerdotes legati Dei, adeoque ab eo vocandi, Mal.

Synonymia

Existencia.

Causa effie.

- Forma.** II, 7. Vocatio illa repetenda ex electione tribus Levi, quæ fœdus dicitur, Malach. II, 5, 8. quanquam plura fœdus involvat. Officium vero Ministrorum verbi in pura & incorrupta imprimis verbi divini prædicatione consistit, ita ut ei nihil addant vel demant, sed ut à mittente acceperunt, tradant. Malach. II, 6. sic exprimitur: *Lex veritatis in ore ejus, & iniquitas, perversitas in labiis ejus non reperiri, in pace & rectitudine ambulare cum Deo & convertere multos ab iniquitate debet, insuper observare studiose scientiam credendorum & fugiendorum, vers. 7.* Omnia fere requisita hic reperiuntur, vel hinc eruuntur, quæ 1. Tim. III, 2. ff. ponuntur. Ad hæc atque talia sunt vocati, quia sunt *Legati Domini exercituum.* Unde vocatio est 1. *necessaria.* Prophetæ proinde ad divinam ubique missionem provocant, ut Hof. I, 1. Joël I, 1. *factum est ad me verbum Domini.* Idem sit judicium de reliquis Prophetis, qui vocationi obtemperarunt & in ea fideles fuerunt. Secus fecit Jonas I, 3. fugam potius quam vocationem eligens, sed justam inobedientiæ suæ pœnam luit. Jon. I, 12. Sit ea 2. *legitima & vere divina*, ut non tantum Legati Dei audiant, sed etiam tales sint. Quomodo enim cum fructu prædicabunt, nisi mittantur, Rom. 10, 15. Tropologice optime accommodari dicique potest, quod *Joëles esse debeant, i. e. desiderati, filii* מְרִיבָה h. e. tales, quos invitos Deus ad hoc officium segregat, & blandiloquis dictis seducit. *Tar-nov.* in Joël. Quem in finem Ministerium institutum sit, ex hæctenus dictis forte satis constare potest, nimirum ut homines è verbo Dei erudiantur, convertantur, ædificentur, & ad salutem per fidem veram in Christo Jesu perducantur. Malach. loc. cit. Quod qui negligunt, stulti pastores audiunt, & redarguuntur jure; quemadmodum passim in Vatibus extant querelæ de falsis & impiis Prophetis atque Doctoribus, Zeph. III, 4. Zach. X, 3. Malach. II, 8. &c. *Salvatores* in Obadia dicuntur, videant ergo, ut seipfos & auditores suos salvent.
- Adjuncta.**
1. Necessitas:
2. Qualitas.
Finis.

LOCUS XXV.

DE

MAGISTRATU POLITICO.

Synonyma. **A**lter status, qui in Ecclesia locum habet, *Magistratus* vulgo dicitur. In Sacris nomina occurrunt I. encomiastica, ut, *tenen-*

tes *sceptrum*, Amos I, 5. *Magnates*, *magni*, Jon. III, 7. Nah. III, 10. *Sapientes*, Obad. 8. *Capita*, *Principes*, Mich. III, 1. Habac. I, 10. *Judices*, Mich. V, 1. *Chilarcha*, *Fortes*, Nah. II, 4. מומ *Principes* vel *Duces*. Quæ vox, notante in concordantiis Kirchero, & ex eo B. Gerhardo, peregrina est, & communis Syris, Assyriis, Persis & Chaldæis. II. *Metaphorica*, *Clypei terra*, ob potentem malorum aversionem, Hof. IV, 8. *Capita*, Amos III, 1. VI, 1. *fundamenta terra*, Mich. VI, 2. *Montes*, ob celsitudinem & defensionis fortitudinem. ibid. *Annuli squilares*, Hagg. II, 24. *Pastores*, Zachar. X, 2. *Anguli*, v. 4. quia lapides angulares ædificiis sustentandis id. nei sunt. Autor Magistratus idem est, qui Reges ac Principes removet, ac eorum folia evertit. Hof. I, 4. III, 4. Hagg. II, 22. Quod etiam à divina ejusdem conservatione colligitur. Hagg. loc. cit. v. 24. ubi Dominus ad Zerubabelem dicit: *Ponam te sicut signaculum*, h. e. stabiliam tuum principatum. Impii non minus Magistratus atque Tyranni à Deo sunt Hof. XIII, 1 1. Nec huic contrariari videtur, quod Deus ipse apud Oseam Prophetam VIII, 4. inquit: *Ipsi regnare fecerunt, & non ex me, Principem* (Jeroboamum 1. Reg. XII, 24.) *constituerunt, & ego non novi*. Nam non absolute & simpliciter Dominus improbavit, quod populus Israëliticus Magistratum haberet, vel peteret, sed quod regiminis formam à Deo institutam proprio arbitrio mutaret, & ad gentium imitationem Regem aliquem Monarcham sibi constitui importune postularet. conf. 1. Sam. VIII, 7. Quæ Magistratus munia sint, vel ex titulis intelligitur, quos implere & sustinere debent. Regum est regere, Ducum ducere, Pastorum pascere gregem, s. jus & judicium exercere. Ex Mich. III, 3. quasi in tabula colligitur id omne, 1. decere Magistratum *scire jus*, quod valet in foro poli & fôli. 2. *Odisse malum*, tam in doctrina, quam in vita, illud tollendo, hoc puniendo: 3. *Amare bonum* & promovere. Conf. *Winkelm.* & *Tarnov.* h. l. De his omnibus admonendi & reprehendendi sunt, si negligant, aut non curent Reipublicam & Ecclesiam, ut Michas hic fecit & Amos VI, 6. qui invehitur in eos, qui genio indulgent & *cuticulam duntaxat curant*, de contritione vero *Josephi sananda non sum solliciti*. Vocatur Ecclesiæ & Reipublicæ status miserimus in regno Israël, *contritio* s. *contractio Josephi*, locutione Synecdochica & Metonymica, respiciturque ad cladem Ephraimitis à Syris quondam illatam, vel ad Josephi historiam, quem dum

Causa efficit.

Officium.

fratres in cisternam conjecerant, ipsi interea suaviter epulabantur, Gen. XXXVII. *Jurisdictio civilis & criminalis*, sive quod Magistratus judicium exercere & supplicia jure constituere possit, facile ex præceptis exemplisque, imo & querelis Prophetarum de neglectu utriusque partis, ac pœnis demum ob neglectum denunciatis, colligi potest. Hof. V, 10. ff. Amos I, 5. II, 3. 6. 7. Mich. III, 1. 3. &c. Interim ista jura jure exercenda sunt, sive jus præscriptum pro norma haberi, nec quicquam pro arbitrio suscipi debet. Eo respexit Propheta, quando Deus per Joëlem IV, 9. *bellum sanctificari*, id est, sancte geri jubet. Quæ Zach. IX, 10. leguntur & vulgo obvertuntur, de regno Christi agunt, quod regnum pacis nec carnalibus armis propagandum est. Unde hæretici quoque non aliis quam spiritualibus armis conficiendi prædicuntur, i. e. impia eorum dogmata gladio spiritus jugulanda sunt, Zachar. XIII, 3. Quod lege contrahere liceat, vel hinc liquet, quod Deus in politia Judaica per Mosen formas contractuum ordinaverit modumque iis constituerit. Nec per verba Zachar. XIV, 21. *non erit amplius mercator in domo Domini &c.* abrogati aut damnati cenferi debent omnes contractus, cum *Cenaani* hic non mercatorem sed Cananæum designet, id est, alienigenam, profanum & impium quemcunque, quales olim Cananæi erant. Aut si mercator intelligi deberet, non alium intelligeremus *עמנו*, quam Antichristianum, falsas merces pro bonis supponentem & simplices decipientem, Apoc. XVIII, 11. ff. qui dona Dei more Bileami, Gechafi, Phariseorum & Simonis Magi precio vendat. Atque ex his etiam qui Magistratus fines sunt, abunde satis constare potest.

LOCUS XXVI.

DE

STATU OECONOMICO.

§. I.

Status Oeconomicus.

Ultimum inter tres Hierarchias locum tenet Status Oeconomicus, sive domesticus, sed facile primus est dignitate & utilitate, cum ex eo ceteri ordines prodeant, & ambitu suo Societatem conjugalem & herilem complectatur. Utriusque mentionem facit Malachias, hujus Cap. I, 6. illius Cap. II, 14. de posteriore primo loco dicemus,

emus, & quia certum est, quod Propheta respexerit primam institutionem conjugii, inde nullo negotio erui poterit, quicquid circa Conjugium observandum venit. Vulgo, ac recte quidem sic definitur, *Status conjugalis est societas, à Deo instituta unius maris & foeminae, legitime indissolubilerque in unam carnem conjuncta &c.* Quam definitionem facile hinc monstrabimus, 1. Deum esse Matrimonij autorem, probatur ex Malach. II, 13. qui *foedus* dicit inter virum & uxorem, constitutum à Deo; idque inviolabile & indissolubile, in quod perfide agere non liceat. Idem v. 14. innuitur: *Nonne unus scilicet Deus fecit;* sic enim reddendum esse docuit *Stephan. le Moine* ad Polycarpi epistolam p. 107. *Uni viro unicam concessit uxorem, licet reliquum Spiritus ipsi esset,* ut plures Adamo uxores sociare potuerit. Alii interpretes plerumque sic reddunt: *Nonne unum effecit,* & unum pat conjugum Deus in paradiso creavit? *Utrumque verum est, & ex utroque obtinemus, quod volumus.* 2. Hæc societas conjugalis in unione & conjunctione arctissima consistit. Duo enim tantum, non plures, in unam carnem junguntur, & *unum* par Deus propterea fecit. Quo ipso Polygamiam simultaneam rejecit & damnavit, ac legitimam tantum conjunctionem, quæ secundum instituentis legem sit, probat, quamque indissolubilem esse voluit, quia *foedus* arctissimum vocavit, divortii temere non rumpendum, ut fecere Judæi, eo nomine cum hîc à Malachia, tum alibi male audientes & castigati. 3. Omnibus autem ad conjugium idoneis licere nubere, speciatim etiam Clericis, vel Hoseæ exemplum ostendit, qui jussus erat ducere uxorem, Hof. I, 2. & quidem successive, III, 1. Unde nec secundæ nuptiæ Deo displicent, modo legitimo debitoque fine ineantur, non in gradibus prohibitis, Amos II, 7. quem 4. Malachias his verbis expressit: *Quæsiturum semen Dei,* id est, liberos ex justo matrimonio procreatos. Altius autem respicere puto Malachiam. Tametsi enim hodie, post lapsum liberi non nascantur sancti, olim tamen è sanctis sancti procreari potuerunt, si in statu integritatis permanissent protoplasti. Et quis dubitaret, sanctos Patriarchas, qui præclaras de femine sancto atque benedicto, Messia, promissiones acceperunt, aliud quid quam semen sanctum quæsisse? Adhæc Conjugium Mysticum inter Christum & fideles præfigurabat iste status, ceu ex Hof. I. & II. manifestum est. Mutuum denique auxilium & adjutorium ex

Definitio
Conjugij.

Causa effici.

Materia.

Forma.

Finis.

socia-

socialitate provenit, & cum primis è conjugio; uxor enim viri sociâ est, ex fœdere divino ei data. Unde quæ Conjugum officia sint, nullo negotio efficitur, nec ea commemorare necesse est.

§. II. Patriam & Herilem societatem, ac quæ observanda utrobique sint officia, vel ex his verbis Mal. I, 6. luculenter & breviter colligitur: *Filius honorabit Patrem, & servus Dominum suum.*

LOCUS XXVII.

DE

NOVISSIMIS IN GENERE.

Etymolog.
& Homonymia.

Novissimorum vox in Scriptis Prophetis latè patet, ac omne illud tempus complectitur, quod Messia dicitur, sive totum periodum regni Christi, à primo ejus adventu usque ad ultimum. Hoc sensu occurrit Hof. III 5. Joël III, 1. coll. cum Act. 2, 17. Unde constat, ad Novissima referri etiam Conversionem Judæorum, & Judicia Dei varia ac prodigia, finem Mundi antecessura. Malachias etiam meminit *dies Domini magni & terribilis, & adventus*, quem sustinere impii nequeant, cum sit *instar ignis conflatoris*, III, 2. 23. quem tamen non de die & adventu Christi ultimo intelligendum esse, fatetur *Tarnovius*, & res ipsa probat; licet alii viri docti id propugnent. Fortassis conciliari commode, quæ discrepare videntur, sententiæ, possunt, si dixerimus *diem Domini terribilem* de omni Dei judicio dici, sive universale sit, sive particulare. Conflagrationem igitur & consummationem Mandi etiam huc referri, ac diem Domini dici posse, dubio vacat; quanquam ea ipsa quoque in Veteri, Zeph. I, 18. III, 8. & in Novo Test. modo latius, modo strictius accipiat, Matth. XIII, 39. s. XXVIII, 20. 2. Petr. III, 7. Certo futura & eventura novissima omnia inde irrefragabiliter evincitur, quia Deus, mentiri nescius prædixit, & fidem ipso complemento quibusdam vaticiniis jam fecit. *Causa* igitur efficiens consummationis est Deus trinunus, impellens ira & justitia ejus, Zephan. loc. cit. *Materia*, כל הארץ *totâ terra*, non Iraëlitica tantum, sed omnis & universa, sive totus mundus. Conf. Hagg. II, 6. coll. cum Hebr. 12, 26. *Forma* verbo כל & אכל consummandi & devorandi innuitur; & totalem finalemque alicujus rei consumptionem indicat. De signis & tempore nil certi habemus, quod

Existencia,

Causa effc.

Materia.

Forma.

Signa & tempus.

quod definiamus. Quanam illa sint prodigia in caelo, ac terra, quorum Joël III, 3. l. mentionem facit, altioris res est indaginis, & conferri possunt cum Matthæ 24, 29 Apoc. VI, 12. ff. *Finis* est piorum atque fidelium consummata salus, impiorum perditio & pœna æterna. Malach III, 17. ff.

Finis.

LOCUS XXVIII.

DE

MORTE.

Mortem esse separationem animæ à corpore, vel illa Jonæ verba docent, quibus IV, 3. à Deo petit, ut anima sua à se auferatur. *Accipe, queso!* inquit, *animam meam à me*, id est, dissolve animam meam ex hoc corporis ergastulo, & recipe ad te. Quomodo Scriptura figurate mortem describit, I. Reg. XIX, 4. Joh. 19, 15. Mox clarius se ipsum explicat, dicens: *Melior est mors mea quam vita mea*. Unde & dari mortem, & quid sit mors, liquet. Neque enim anima interit cum corpore, sed si quis in Domino moritur, ea à Domino recipitur. Atque sic quoque mortem tanquam bonum quid appetere licet, ut per mortem hanc ad veram vitam Deique fruitionem perveniamus; non verò ex impatientia, desperatione, aut tædio vitæ, quod in Jona Deus reprehendit, v. 4. Vitæ terminum dari, eum tamen non fatalem esse, nec absolute constitutum, sed ordinate, id est, hominum pietate vel impietate, ac mediolorum à Deo ordinatorum usurpatione & contentu limitatum, liquido ex eodem Vate Jona colligitur, qui Ninivitis excidium denunciavit, expleto quadraginta dierum spatio expectandum; non tamen absolute, sed si penitentiam interea non agerent. Cum vero à viis suis malis converterentur, penituit Deum super malo, quod locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit, Jon. III, 4. 5. Mortem aliam temporalem esse, aliam æternam, satis notum est. De hac loquitur Messias apud Hoseam c. XIII, 14. *è manu inferni redimam eos, & è manu mortis liberabo eos, ero pestis tua, ò mors &c.* cui omnes ob peccatum obnoxii sunt homines, omnes tamen Salvator redemit, & omnes liberari inde possent, si vellent serio & salutem partam sibi applicarent. Deus enim non vult mortem morientis, sed ut convertatur & vivat coram ipso in æternum, Hof. VI, 1. 2. Peccatum nos omnes perdidit, ut Isra-

Definitio.

An mors appetenda?

Vitæ terminus.

Mors æterna.

Subiectum.

M

lem 5

lem; sed salus omnium à Salvatore Deo, Hof. XIII, 9. Stipendium autem peccati mortem esse, omnes Vates uno ore clamant, quando mortem & omnis generis pœnas plagasque impiis ac impenitentibus denunciant, bona e contra quavis pœnitentibus & fidelibus. Justus quippe fide sua vivet in æternum bene beateque, Habac. II, 4. Malach. III, 20. Quid æterna mors sit, hinc quodammodo colligitur & ex opposito, vita æterna, clarius patebit. De loco nonnulla tantum addemus, qui *hæc school* dicitur, Hof. XIII, 14. & lacus, ubi non est aqua, Zachar. IX, 11. E Habacucko II, 5. descriptionem inferni cernere vel eruere licet sequentem, quod dilaret animam suam sive appetat omnes devorare, & mors non saturatur, & recipere ad se cupiat omnes populos. Mal. III, 19. mentio fit diei, ardentis instar fornacis, quo omnes superbi & iniquitatem operantes, futuri sunt instar stipulae &c. quæ ad infernum quoque accommodari possunt.

LOCUS XXIX.

DE

RESUSCITATIONE MORTUORUM.

Feralis sententia in impios æternis suppliciis corpore & anima afficiendos, in die judicii extremi pronuntiabitur, quem cum antecedit Resurrectio vel resuscitatio mortuorum, de ea nunc dicere convenit. *Resuscitatio & resurrectio* differunt ut prius & posterius, nec in verbis explicandis diu hæremus, sed rem breviter persequemur, quia pauca hoc de argumento suppeditare nobis Prophetæ videntur. Ex Hof. VI, 1. 2. nonnulla habemus, & hoc quidem, quod & detur resurrectio, & quis ejus autor sit. Sic enim ibi fideles profitentur: *Die tertio suscitabit & eriget nos*, Messias nempe vitæ redditus; primo ex peccatis, in quibus mortui & sepulti eramus, inde etiam ad futuram vitam, cujus initium & specimen primus ipse refurgens nobis edidit. Conf. *Mercer. Comment. h. l.* Id porro hinc inferitur, Christum & causam efficiendam & meritoriam esse resurrectionis, sed tantum quoad fideles; nam impios suscitabit ut justus iudex punietque, quemadmodum aliunde è sacris literis patescit. Quo pertinet Malachi. III, 18. ubi *Deus judicij*, quem Epicuri & superbi homines contempserunt, dicitur ostensurus in die iræ, quid intersit inter justum & impi-

am &c. Hoc vero tum cum primis innotescet, quando Deus resuscitatos alios in ignem aeternum, alios ad salutem aeternam ire jubebit. Hinc Dei vivificantis, & peculiariter Christi, gloria, justitia, potentia &c. respectu timentium Dei lux & salus sempiterna, ac impiorum perditio & condemnatio illucescet.

Forma.

Finis.

LOCUS XXX.

DE

JUDICIO EXTREMO.

Dari præter judicia particularia, quæ varia sunt, contra Judæos & varios populos, ut ex Prophetis luculentum & manifestum est, & præsertim ex Amoso I. II. III. IV. V. VI. universale aliquod extremumque judicium, controversa vacat, ejusque cuncta particularia vel præludia vel signa sunt. Ita Joël II, 1. ff. de judicio à Babyloniis populo Israëlítico inferendo proprie quidem & directe agitur: interim quia illud excidium extremi judicii præludium vel typus fuit, ad id non immerito accommodari potest, cum & voces & res apte quadrent. Idem de aliis dici potest. Hujus judicii autor Deus est, Pater, Filius & Spiritus S. Hinc mentio fit *אלהי המשפט* Malach II, 17. *Filium* tamen peculiari ratione judicem futurum, diserte alicubi traditur, v. g. Mich. IV, 3. etiam secundum humanam naturam. *Et judicabit inter populos multos &c.* Cap. V. de *Dominatore ex Bethlehem prodituro* dicitur, quod stare & pascere debeat *in robore Domini, in magnificentia nominis Domini Dei sui.* Joël IV, 12. ipse Messias ait, *se, cum evigilaverim & ascenderim omnes gentes in valem Josaphat, ibi sedurum, ut judicet omnes gentes undique.* Zach. XII, 10 idem dicit: *Et respicient ad me, quem transfixerunt &c.* quæ verba Apoc. I, 7. ad Christum in nubibus ad judicium venientem, applicantur, & indicant, Prophetam omnino visibili modo ad judicium venturum, & secundum humanam naturam quoque judicium peracturum. *Augustinus* de Civ. Dei Lib. XX. cap. 25. Malach, III, 1. 2. 3. *Hieronymum* secutus, de novissimo judicio intelligit. Veniet autem Christus *Judex magnifico cum comitatu: omnes sancti Angeli cum eo,* Zach. XIV, 5. Conf. Epist. Jud. 14, 15. *Judicabit autem justus ille judex univ. salis omnes populos, & homines, vivos & mortuos, sed resuscitados, ut ex locis jam adductis constat, inprimis Joël III, 12. 13. dicta & facta,*

Existentia.

Autor.

Filius Dei, etiam juxta hum. nat.

Objectum.

M 2

Malach.

- Norma,** Malach. III, 13. ff. imo & cogitata. *Norma erit liber memorialis scriptus coram eo, protinentibus nomen Domini, ib. v. 16. qui certe liber vitæ erit.* Alius autem pro impiis est, *עֲשֵׂהְךָ אֶת־עֲוֹנוֹתֶיךָ לְסֵפֶר זִכְרוֹן, Jud. 4. Conf. Dan. VII, 10. & Apocal. XX, 12. ubi sane libros carnaliter cogitare non licet, sed, Augustino de Civ. Dei L. XX. c. 14. pulchre explicante, per eos intelligitur vis quaedam intelligendi divina, qua fiet, ut cuique opera sua, vel bona vel mala, cuncta in memoriam revocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset & excuset scientia conscientiam: atque ita simul, & omnes & singuli judicentur. Quæ nimirum vis divina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quicquid à faciente recolitur.* Si brevius dicendum est, liber Evangelij est is, secundum quem judicabuntur, id est, absolventur pii, quorum peccata in profundum maris projiciuntur, Mich. VII, 19. ut deleantur & non amplius appareant. Sol enim justitiæ splendore suo & luce infirmitates illorum teget & sanabit, Malach. III, 20. Liber autem legis est is, ex quo impii judicabuntur & condemnabuntur, ut ignis supplicium perpetuo sustineant & alia patiantur mala innumera. Quæ formatioque futura sit judicii extremi, per omnia non est patefactum in sacris literis. Sufficiat ad nostram institutionem & admonitionem, ceu ex allatis Vatum testimoniiis liquet & colligi potest, quod magnificentissime & solennissime cuncta peragi debeant, in publico sanctorum omnium & hominum theatro. Unde incredibile est, non uno tantum die illud institui aut absolvi posse, licet Vates passim de die judicii & iræ loquantur, cum *Scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo sit qui nesciat, bene Augustino pronunciante, de Civ. Dei XX. 1. Finis principalis est Salvatoris nostri gloria; eum in gloria respicient, qui ignominia affecerunt, videbuntque impii etiam gloriam fidelium & suam propriam ignominiam.*
- Forma,**
- Finis,**
- Adjuncta.** Quæ ex locis semel iterumque citatis abunde satis patefcent. In *adjunctis*, quæ vocant, major est difficultas. I. De *Loco*, quem vallem *Jehoschaphat* ex Joël IV, 12. dicunt, acriter inter se disceptant interpretes, propriene, an figurate capi debeat. Pro litera Judæi & Pontificii ac ex nostratibus quidam pugnant; quibus tamen hoc obijci solet, quod una vallis tot hominum myriadibus capiendis sufficere nequeat. Vid. Theol. Jud. D. Præf. p. 351. II. De *Tempore* multo minus habemus, quod statuamus, quia nil nobis revelatum in Prophetis nostris

nostris perspicue est; sed generatim duntaxat temporis & diei iudicii mentionem illi faciunt. Acquiescimus igitur in Zach. XIV, 7. *est dies Domino notus.* III. De *Signis* denique difficillima quaestio est. Varia signa Joël III, 3. 4. IV, 15. enumerantur, an verò ea sint iudicio novissimo propria, disquiruntur, & forte haud abs re dubitatur; nisi temporum sibi similium rationem habeamus. Erunt procul dubio signa prorsus singularia, terribile iudicium impio mundo & dicenti, ubi est Deus iudicii? indicantia & afferentia. Quare cavendum, ne certa pro incertis, utopica pro veris venditentur. Hoc sane negari nequit, ante finem populi Judaici conversionem sperandam & expectandam esse, si Hoseæ Cap. III. fidem habere, nec vim inferre luculentis verbis velimus. Vid. Disput. B. D. Clodii super h. l. *Luther. in Postil. Eccles. Fest. Steph. & Max. Rever. Dn. Spen. Evangelische Glaubens- Lehr ad Dom. II. Advent.*

3, signa.

LOCUS XXXI.

D^B

VITA ÆTERNA.

Bona huius miseræ vitæ clausula est vita æterna, cujus spe se sustentant fideles, ac certi de ea sunt ex promissionibus testimoniisque divinis. Hof. VI, 2. Habac. II, 4. Unde felicissimus iste status absolute & simpliciter vita dicitur, his ipsis in locis; quia ii soli vivere censentur, qui beate vivunt; at, qui viventes licet cum miseris tamen consistantur, mortui habentur, & semper moriuntur. Felicissimi istius status *Autor* est Deus vivus; fideles enim *filii* sunt *Dei vivi*, Hof. I, 1. & ἀγαπῶν ἡμᾶς ζωῆς, JESUS, Hof. VI, 2. qui nos ex inferno redemit, & morti venenum factus est, Hof. XIII, 14. Sub alis Solis iustitiæ sanatio ex morte, Malach. III, 20. Omnibus quidem Salvator vitam & salutem promeruit ac impetravit; soli tamen fideles & in fide perseverantes, ejus participes redduntur. Habac. II, 4. (Conf. Hebr. X, 38. ff.) Malach. III, 16. 17. 18. Atque hoc est *decretum Dei æternum*, quo ex mera gratia genus humanum, quod in peccata & mortem æternam lapsurum prævidit, per Christum redimere, huiusque meritum & beneficia fidemque ea apprehendi, per efficacia salutis media offerre & conferre, vere credentes iustificare, conservare & in æterna vita glorificare constituit. Quod ex Artic. de iustificat. & dictis ibi allegatis, imprimis Hof. I, 7. XIII, 9. 14. ac similibus liquet,

Vita æterna
status felicissimus.

Causa effic.

meritoria.

Prædestin.
decretum.


ut

Forma. ut nihil opus sit, hoc argumentum seorsim tractare. In quo autem
A summa hæc felicitas, gloria, ac beatitudo consistat, comprehendi ex-
 primive à nobis viatoribus haud digne potest. Ea tantum testatur,
 quæ in hac mortalitate nobis revelata sunt. Bona duplicis generis
 sunt, vel privativa, vel positiva. 1. *Privative* à beatis aberit a) *pec-*
catum, quocumque nomine veniat, Mich. VII, 19 Zach. III, v ult. b) *Pœna*
peccati temporalis & æterna, Hof. XIII, 14. 2. *Positive* vita
 æterna in omni bonorum cumulo consistit, quæ uno *pacis, salutis, vi-*
tae & sanationis vocabulo passim significatur, cum describi satis ne-
 queat. Loca toties iterata indicare superfedeo. Si jam fons vitæ &
 salutis apertus est fidelibus, qui tamen in præsentis vitæ calamitatibus
 vix rivulos persentiscunt superabundantis gratiæ: quanto magis tum
 fluvii in eos derivabuntur. Huc nonnulli referunt verba Hof. XII, 11.
per manus Prophetarum ארמה assimilatus sum; ex quibus colligunt,
 quod Propheta, & in genere omnes Ecclesiæ ministri, sint velut Dei lar-
 va, per quos nobiscum loquitur, sicut *Lutherus* in annot. margin. istius
 loci scribit: Die Propheten waren meine Larven oder Personen dar-
 unter ich gegenwärtiglich alles thät und redet. Quemadmodum
 itaque homo personatus larvam deponit, quando se ipsum manife-
 stare cupit: sic Deus faciem suam, h. e. se ipsam electis deposita ver-
 bi larva in vita æterna manifestabit. In hac felicitate fideles constitu-
 ti, Dei bonitatem, sapientiam, justitiam perpetuo deprædicabunt,
 & in Domino exultabunt. Qua autem lingua electi Deum celebra-
 turi sint, quæsi hîc solet. Linguam unam omnium beatorum fore,
 probabiliter creditur. *Galatinus* l. XII. de arcans cap. 4. post addu-
 ctam Latinorum & Græcorum pro sua lingua pugnantium, opinionem,
 tandem Hebræorum & Talmudistarum adducit probatque sententiam,
 beatos lingua Hebraica in Dei laudibus & mutuis colloquiis ufuros,
 quod è Zephan. III, 8. 9. probare contendant, cum per *labium electum*
 Hebraica lingua intelligi debeas, utpote quam præ ceteris Deus elegerit,
 quæ & *Paribus loqueretur, & legem suam daret*. Eamque Job cau-
 sam Dominum juxta hoc vaticinium gentes omnes, post resurrectionem
 generalem, lingua Hebr. laudaturas. De secundo enim Messie
 adventu Zephaniam loqui autumant, quod suo loco relinquo. Electis
 denique æterna vita, gloria & felicitas continget. *Vivent ante faciem*
Domini, & Deum videbunt, sicuti est, clare perfecteque, non
 obscure, ut in hac vita.

Finis sum-
mus.

intermedij.

F I N I S.



Id 5156

ULB Halle


3

005 472 407



mt.







Q .D. B. V.

THEOLOGIA PROPHETICA

EX

VATIBUS XII. MINORIBUS
SECUNDUM SERIEM ARTICULORUM
FIDEI OMNIUM COLLECTA,

Quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI *Summe Reverendi, atque Excellentissimi,*

DN. JO. HENRICI MAJI,

SS. Theol. DOCTORIS. ejusdemque ut & LL. OO.

PROFESSORIS Ordin. Famigeratissimi, Facult. Theol. b. t. DECANI,

Ecclesiarumque Alsfeldensis & Marburgici Hasso - Darmstadini

Districūs SUPERINTENDENTIS Gravissimi, rei Stipendiariae

Ephori ac Pædagogiarchæ Meritissimi,

*Domini Patroni, Præceptoris atq; Hospitis perpetuo vene-
rationis ac gratitudinis cultu prosequendi,*

In Illustri Academia LUDOVICIANA

Publico examini proponit

Ipsis Calendis Septembris, MDCC III.

BENEDICTUS HENRICUS THERING,

Coloniens. Marchic.

AUCTOR.

Gießæ. Hassorum, Typis HENNINGI MÜLLERI.